DE NATVRA CHOLERICORVM

SIVE

DE VITA, SANITATE, FORMA, MORBIS, MORIBVS ET MORTE ILLORVM

QVIBVS TEMPERAMENTVM CHOLERICVM TRIBVI SOLET

COMMENTATIO



VIENNAE
apud RVDOLPHVM GRAEFFER
CIↃIↃCCLXXVI.

PRAEFATIO EDITORIS

BENEVOLE LECTOR!

E*n manuſcriptum, viginti per annos ſcrinio litterario incluſum, ob momentum tamen ateriae, tractandi modum et genium ſtri ſaeculi attentione tua et examine gnum. Materia eius ſemper erat ſumorum philoſophorum curioſitatis ac ſpelationis obiectum, ſemperque manebit. ouitatis quidem pretium non habet, aſerare tamen audeo, nullum autorem annoſtrum hanc materiam ex rectiori viſus ncto conſideraſſe. Virum ſe oſtendit uis mira obſeruandi dexteritate, ingenii mine, iudiciique ſagacitate praeditum.*

Quan-

Quantopere physiognomiae studium nostro tempore multorum animos teneat occupatos, prolixa et pretiosa LAVATERI *fragmenta et fragmentorum subscriptores luculenter ostendunt. Forsitan et in hac commentatione varia inuenies, quae in magno ill opere frustra quaeruntur, a variis rerum peritis tamen iure meritoque desiderantur. Optandum esset, vt philosophus noster han aliasue materias sibi propria methodo a praecisione vlterius illustraret. Vale. Vindobonae d. 1. Sept.* CIƆIƆCCLXXVI.

PRAE

PRAEFATIO

Cognitio hominum et naturae humanae accuratior inueſtigatio ea profecto philoſophiae pars eſt, quae cultores ſuos et nobilitate ſingulari et vtilitate ſumma ſuauiter alliciat. Viuimus aliquamdiu et illud, quo viuimus, incluſum eſt corpori atque illi arctiſſime alligatum. Quare noſtri eſt officii, non modo corpus hoc ita curare, vt ſanum et incolume perueniat vsque ad metam viuendi, diuina nobis prouidentia ſapienti-

que consilio praefixam: sed fas est etiam per organa sensoria tot tantasque perceptiones ac rerum notiones conquirere, vt ex probe cognitis et perspectis rebus creatis, primas de omnipotente creatore verasque hauriamus cogitationes. At quoniam hic viuendum est in societate et vsu cum aliis hominibus quotidiano, nihil quoque prius nobis debet esse, nihil antiquius, quam consulere pro virili parte aliorum etiam rationibus, eorumque commoda toto pectore promouere. Quod vt bene procedat penitus noscendi sunt, quibuscum nos viuendi ratio et necessitas coniunxit. Inuestigandus est illorum animus, mores, mentis inclinationes et morbi etiam; inprimis illud, quod vnusquisque seorsim, pro suae felicitatis principio habet, quantumuis falsam sibi persuasionem induerit. Hac enim in re, si nolimus ad eius propen-

penſionem nos accommodare, facile habebimus infenſum, et nihil minus quam noſtram felicitatem animo complexum. Is vero labor exercet potiſſimum Philoſophorum, Theologorum Medicorumque ingenia: iisque hoc datum eſt negotii, vt penitus introſpiciant eorum naturam, qui viuendi rationem normamque ab illis expectant. Philoſophi eſt, ferinos inſtinctus in ſanae rationis gyrum veluti redigere: Theologi animum, mundana tantum ſapientia et ſaeculi voluptate ebrium, ad coeleſtia inuitare, blandeque deducere: medici tandem, rectam docere viam et rationem, qua ſanitas corporis, tot quotidie vexata difficultatibus, ſarta tectaque conſeruetur, amiſſa etiam reſtituatur. Hic vero conſiderari oportet propoſiti difficultas; etenim nullus homo alteri perfecte ſimilis eſt et quilibet aliam corporis ſpeciem ge-

 rit,

rit, aliam humorum vaſorumque indolem nactus eſt. Quo fit, vt vnusquisque, modo ſibi proprio et ab aliis diuerſo, cogitet, iudicetque de mundo, ac de felicitate in eo acquirenda: vnusquisque proprium ſanitatis ſuae ſtatum habet; vnusquisque ſuum ingenium; ſuos mores. Vnde liquet, cognitionem hominum latiſſime diffuſam arduamque rem eſſe, neque ſatis expeditam, quae ſatis exhauriri et abſolvi nunquam poſſit. Iam antiquiores Philoſophi, doctrina temperamentorum nixi, homines in quasdam quaſi redigere claſſes ſtuduere, vt accuratius de ſanitate et moribus illorum ferrent iudicium. Quapropter hominibus pro ratione diverſae proportionis partium, maſſam conſtituentium, diuerſas attribuerunt proprietates. Poſtea alii, quum cognitu difficiles et mancas frequentiſſime, nec vbique ſufficientes inveniſ-

venissent istas obseruationes, formam corporis externam, vultumque vocarunt in subsidium, eo modo, vt vel in vniuersum ex ore et vultu iudicium quoddam ferrent, cui studio physiognomiae nomen assignarunt: vel humanam faciem compararunt cum facie bestiae cuiusdam, eique similem, etiam in agendo, mente sibi conceperunt hunc hominem, si ferinis hisce instinctibus reluctari mature serioque non didicisset. Qua via atque ratione conati sunt, homines secundum brutales instinctus consideratos in tot diuidere genera, quot essent bestiae, quae magis minusue ad figuram accederent humanam; cui doctrinae, quoniam nouis rebus noua sunt inuenienda vocabula, nomen ZOANTHROPIAE nunc quidem imponere, quis erit, qui iure meritoque reprehendat? Quamuis autem hominis faciem hac ratione

contemplemur, nihil praeſtanti formae eiusdem derogamus, qua, caeteris animantibus longe ſuperatis, coelum intuetur; ineſt enim machinae huic terreſtri atque animali mens immortalis atque coelo cognata, quae ad deſtructionem vsque corporis illi quidem inhaerere cogitur, quauis tamen occaſione nititur ad coeleſtia euolare, diuinitus adiuta, et machinam corruptioni relinquere.

Haec diuina mens ſane nihil plane participat de vultu et attributis animalibus. Atque haec vna eſt, quae homines nos reddit et differentiam inter hominem et reliqua animantia conſtituit. Sit itaque forma machinae corporeae externae, quae ſit, ſi quis illam a brutali ſtatu abſtrahere et ad ſupramundana eleuare nitatur, modo ſit idonea facultati cum ſentiendi, tum etiam mouen-

mouendi. Exterior iſta forma parum vel nihil refert, dummodo brutales inſtinctus vitemus, penitusque eiiciamus, ne mens quidpiam de illis participet, ad quae per conformationem machinae incitamur, et ſaepius ita fere cogimur, vt, adhibito omni mentis imperio, vix ſcopulos effugere poſſimus, nobis interitum minantes. Caeterum hominis formam vultumque ad belluarum ſimilitudinem referre, nec nova eſt hypotheſis, nec caret antiquiorum et medii aeui ſcriptorum auctoritate, qui ſagaci ingenio plurima de hac analogia ſunt meditati. Vt de ARISTOTELE, PLATONE, aliisque taceam, ipſa ſcriptura ſacra plurima, quae huc faciunt, ſuppeditat teſtimonia: heroibus Dauidis tribuit faciem leoninam, 1. Paralip. 13, 8. modo equis, modo cum mulis, bovibus, aſinisue illos comparat, qui, nimis indulgentes belluinis inſtinctibus,

ctibus, diuinis monitis non obtemperant. Pari modo ista Nebucadnezaris in bouem transmutatio nihil aliud videtur significare, quam illum antea hominem, bouina simulque aquilina facie ornatum fuisse. Iam vero quum pro more omnium qui vultum bouinum et aquilinum prae se ferunt, nimium indulsisset superbiae, iudicio diuino mentis simul facultates amisit, ita, vt nihil remaneret, nisi forma et natura humana in omnibus boui et aquilae simillima. Haec igitur sequebatur brutorum animantium instinctus, quum non amplius mentis agnosceret imperium: vt vitam sub dio trahere desideraret, boum more prata, saltus, camposque peteret, ibi stabularetur, cuperetque herbas et graminis alimenta, crinibus in aquilinas pennas exasperatis, et vnguibus, aquilarum ritu, incuruatis; tandem cessante insania mens

bona

bona rediit, regemque humanis denuo negotiis ſubeundis parem reddidit. IOH. BAPT. PORTAE, IOHANNIS ab INDAGINE, aliorumque, inter quos Theologus ille conſumatus IOHANNES ARNDIVS non vltimum meretur locum, teſtimonia et labores iam tacitus praetereo: atque his breuiter allatis veniam tantum me conſecuturum ſpero, quod, de cholericis hominibus agens, illos cum leonibus, aquilis, gallis, hircis et draconibus comparaui. Si temporis ratio permiſiſſet, numiſmata in memoriam Imperatorum Romanorum cuſa, et a SPANHEMIO, GOLZIO, aliisque collecta, accuratius et cum viuida imaginationis intentione contemplari, plura potuiſſent addi; forte alio tempore in medium proferenda: namque ſtatim Iulii Caeſaris aquilinus, Tiberii ad draconem accedens et Caligulae caprinus vultus,

cui-

cuilibet intuenti, clare ſeſe offert. Imo ipſi ciues Romani Caligulam ita accurate caprinum vultum formamque prae ſe ferre ſciebant, ridebantque, vt, autore Suetonio, Imperator edicto vetaret, mortis ſupplicium minatus, ne quis, eo praeſente, capram nominaret. Sic etiam noſtris temporibus vnus ex praecipuis et ſplendidiſſimis hominum equi vultum omnibus numeris exprimit, vt illi, quibus illum contemplari licuit, teſtentur, faciem iſtam magis ad equi ipſius, quam ad hominis formam accedere; at monſtrat etiam generoſiſſimis actionibus equi generoſi animum, docilitatem, indefeſſosque labores pro patriae felicitate, non ſine proſpero ſucceſſu toleratos. Vnum adhuc de noſtra commentatione monemus: „ea nempe, quae de cholericis diximus, de ſexu potiſſimum maſculino valere.„ Huic enim ſoli

pro-

proprie et cum ratione, cholericum temperamentum tribui poteſt, et rariſſime vel nunquam perfecte cholerica occurret foemina, quum ex phlegmatico et ſanguineo temperamento non in cholericum, ſed in melancholicum fiat tranſitus. Conditio praeter haec foeminei corporis id habet ſingulare, vt illa aetate, qua cholerica indoles ſignis peculiaribus ſeſe prodit, abundantia ſanguinis laboret et eius maiorem vim producat, quam quae, ſi nutritio abſoluta eſt, vaſis coerceri poſſit: et hoc ipſo aptum conceptionis negotio redditur; quare et inteſtinorum lactea ſemper ſunt ampliora, quam in maribus, adeo vt plures, magisue cohaerentes grauiores, acidae et terrenae partes per illa ad ſanguinem transmittantur. Haec autem ipſa lacteorum conditio rationem temperiei melancholicae continet. Proinde omnes plethoricae

ricae foeminae minus ad cholericum, magis vero ad melancholicum ſtatum adpropinquant, idque eo magis, quo maior ſit plethora. Et haec noſtra obſeruatio cernitur maximam partem ex analogia brutorum, vbi loeenae, gallinae et caprae dubio procul non cholericus impetus leonis, galli et capri poteſt tribui. Ipſam vero tractationem duas in partes diuiſi; quarum prior de ſanitate corporis cholerici, ſiue de temperamento cholerico, vniuerſe conſiderato, de forma, ſanitate, morbis et regimine ſanitatis aget; poſterior vero ſanitatem mentis cholericae, ſiue facultates animae, animi affectus, mores, regimen morum, mortem denique comprehendet.

DE

§. 1.

Sapienti conſilio veteres olim Graeci litteris prodidere monitum de coelo delapſum, quo fuiſſent homines ad cognitionem ſui diuinitus incitati. Scilicet hoc dignum Deo videbatur praeceptum, quod, etiamſi difficultatis haberet multum, poſſet tamen ingenti vtilitate fructibusque ſuauiſſimis moleſtias nobis omnes abſtergere. Eſt vero ita cum homine comparatum, vt in hoc mortalitatis ſtatu ſuam ipſe naturam, qua totus conſtat, omnino peruidere ac penitus introſpicere non poſſit. Iis quidem, quibus cogitationis vſu ſubacta non contigerunt ingenia, nihil videtur facilius, quam hominem noſſe, eumque a ceteris rebus creatis diſcernere, cum facile poſſe comprehendi putent, et, quid ſint ipſi, quidque alii, quibuscum in hoc vitae

commercio verſentur. At qui diſcendo ſunt experti, quam breuibus atque anguſtis humana rerum ſcientia terminis contineatur, vident ſtatim quam arduum ſit, ac difficultatis plenum, iuſta definitione, quid homo ſit, explicare velle. Inprimis ortum hominis expedire, vniuerſamque humanitatis vim, atque indolem, quae ſit, et quomodo naſcatur, ſatis luculenta oratione conſequi, datum nemini eſſe mihi quidem perſuadeo! Etenim in eo laborat omnis noſtra ratio, nec intelligit clare, quo pacto e ſemine viri atque ouulo feminae, mire coniunctis, ea corporis fabrica exiſtat, quam habitat mens praeclariſſima, ab omni concretione libera, diuinaeque rationis particeps. Quare debemus in eo acquieſcere, quod aliqua ſaltem poſſumus probabiliter diſputare de principiis humani corporis, quo filo deducta, compoſita, et paullatim aucta eo progrediantur, vt formam hanc aſpectabilem, quam humanam vocamus, numeris ſuis abſolutam conſtituant. Quomodo autem animus, gubernator corporis, huic machinae addatur, hoc ſane eſt, quod perpetuis tenebris inuolutum, nulloque non tempore a noſtra erit intelligentia remotum.

§. 2.

§. 2.

Neque ex his difficultatibus plane poteris emergere, ſi conſulas etiam libros de vera religione afflatu diuino conſcriptos, quantumuis merito pro inexhauſto ſapientiae omnis fonte habeantur, namque nihil amplius commemorant, quam fuiſſe primum hominem ad exemplar diuinitatis expreſſum, eaque tam inſigni praeſtantia longiſſime a ceteris rebus creatis ſeparatum. Addunt praeterea, conſtantiam tantae gloriae ac felicitati ſolam defuiſſe, cum primi generis noſtri parentes ingeneratam ſibi diuinitus hanc excellentiam male faciendo perdiderint, noſque, eorum poſteros, reliquerint incertos, quali nunc quidem, amiſſis iſtis bonis, grauiterque immutata hominis natura, conditione ſimus.

§. 3.

Igitur omnia, quae cum humanae, tum diuinae ſapientiae repertis poſſunt hac in cauſſa intelligi ac iudicari, eo ſpectant, vt appareat, hominem e terra fictum formatumque eſſe, quae fuerit addito quodam ſpiritu animata, atque tunc demum donata mente, rationis compote, in machinam hanc a conditore mundi coniecta, et tanquam

carceri ad certum tempus incluſa, donec aliquando, corporeis vinculis exſoluta, per mortem ſit in alium ſtatum transferenda. Quod quidem a Platone olim dictum, multisque eruditorum adhuc probatum, mirum poteſt eſſe nemini, propterea quod ſatis doceat experientia, multis teſtibus potior, quam ſaepe mens humana, in negotiis ſuis rite obeundis a corporis contagione impedita, ſentiat, nihil verius ceciniſſe virum diuinum de miſero mortalique hominis corpore crebro conqueſtum, quam hoc: *ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι.* II. Cor. V. 4. cui praeluſerat Philonis autoritas Sapient. IX. 15. *Φθαρτὸν σῶμα βαρύνει ψυχὴν καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφροντίδα.*

§. 4.

Quae cum ita ſint, omiſſa definitionum dialectica ſubtilitate, aliqua ſaltem hominis adumbratione, quam vocant in ſcholis deſcriptionem, vtamur, eaque ſimus contenti. Atque vt hoc per partes eundo obtineamus, decernimus, hancce differentiam, qua ſegregetur homo a reliquis rebus creatis, aut in terra iſta, aut in ſpiritu, aut denique in mente ſuperaddita quaerendam eſſe;

esse, ideo quod non aliis partibus constet homo. Haec tamen vt perspicue tradantur, non minus nobis negotii facessunt, quam definitionem accuratam concinnare, de quo iam supra sumus conquesti.

§. 5.

Quapropter originem hominis expendentes primum cogitamus terram, e qua corpus humanum est compositum. Et illa quidem, e qua Deus primum hominem condidit, rubra dicitur, vt videatur, sulphure chymico puro, cui sal fixum fuerit admissum contineri. Verum haec terra, e qua ficti formatique sunt omnes primi parentis posteri, non est eiusdem naturae. Etenim non potest hodie terra rubra ex hominis corpore chemicorum opera effici. Quare non est alia, quam qua formari scimus cetera animantium genera: quandoquidem non aliam in generando, nutriendo, perficiendoque homine natura ingreditur viam, quam in animalibus ratione destitutis. Terrae quidem forma figuraque hominis externa singulariter potest tribui, quae vero non semper sufficit ad homines dignoscendos. Et constat inter omnes, nonnunquam infantes adeo mon-

 strosos

ſtroſos in lucem edi, vt varii generis beſtiis ſint ſimillimi, faciantque ſacrorum curatores animi dubios, an partus iſtos ſacro debeant lauacro initiare. Nec etiam deſunt adulti, quos vnanimi conſenſu pro perfectis hominibus habent omnes, quorum tamen exterior forma habitusque corporis vniuerſus ita ad quasdam beſtias accedat, vt, ſi diſceſſeris a veſtitu, facieque ad coelum erecta, vix amplius aliquid in illis humani inuenias, et haereas incertus, vtrum poſſint recte ad hominum genus referri, praecipue ſi ferinam et iſtis ſuis exemplaribus belle congruentem vitae rationem ſequuntur. Qua in re mirandum non eſſet, ſi nobis fere accideret, quod ferunt ad vtramque Indiam profectis accidiſſe, qui, forma non raro externa decepti, aliquod ſimiarum genus pro incultis, agreſtibusque hominibus iſtarum regionum cultoribus falſo habuiſſe narrantur.

§. 6.

Venio ad alterum, de ſpiritu dicturus, cui in homine attribuuntur ea omnia, quae per motum ſpirituum animalium fiunt ac geruntur. Ampliorem quidem ſi voluerimus vocabuli poteſtatem ſequi, pertineret

ſpiri-

ſpiritus ſimul ad formam corporis externam; ideo quod terra ſine ſpiritu eſt iners, habetque non niſi vnam ſemper eandemque vel proprietatem, vel figuram, vnam ſi excipias adglomerationem. Sed anguſtiori vocis ſignificatione hoc loco vtor, eaque tantum de ſpiritu dicta et intellecta volo, quae non agit terrae cohaerens, illique variam formam impertiens, ſed quae ſuſcipit veluti liberior, nullique terrae adſtrictus, notus in medicorum ſcholis ſpirituum animalium nomine, et conſeruans omnia, quae faciunt, ad vitam naturalem machinae corporis humani. Hi vero ſpiritus in corpore animantium brutorum non alia ratione agunt, quam in corpore hominis; in quibusdam etiam longe meliori, quod adſunt ſpiritus, humanis vel ſubtiliores, vel copioſiores, vel denique celeriores. Quis enim ignorat belluas, quarum ſentiendi facultas hanc noſtram ſuperet? ex trito illo verſiculo: „Nos aper auditu praecellit; aranea tactu; vultur odoratu; lynx viſu; ſimia guſtu;„ Quid dicam de iis, quibus innatum eſt, optime videre, quae ſuae naturae non conueniant modo, ſed maxime etiam conducant? Plurimae muſculorum firmitate ac motu homines antecellunt. Memoria retinent fir-

 miter,

miter, quae ſenſu perceperunt, commotiones, quas dicimus animi, ſentiunt humanis ſaepenumero vehementiores ac diuturniores: habent etiam commune nobiscum ſui ſimiles procreandi deſiderium. Nec loquela res eſt ſoli homini propria, cum reperiantur animalia bruta, quorum organa pariter ac noſtra ad fingendas ſonorum articulationes ſint idonea, et quae infixa teneant memoriae, quod oculis auribusque attentis imbiberunt, adeo vt aliqua rationis ſpecie ornatae, eodem iure quo iſti homines, qui nil, niſi quod ab aliis habeant aut ex legendis libris, aut ex narrationibus cognitum proferunt, ad eruditionis laudem adſpirare poſſe videantur.

§. 7.

Mens igitur, vt de tertio videamus, quatenus ratione vtitur, tantummodo illud erit, quod proprium inter hominem ceterasque res omnes diſcrimen ſtatuat. Omnem vero mentis vim ac poteſtatem intellectu contineri et voluntate, communis eſt philoſophorum ſententia. Vnde poteſt iudicari, vtrum inſit mens machinae humanae an non? Diſcimus enim exemplis, natos eſſe homines ac perueniſſe ad certam cor-

poreae

poreae machinae perfectionem, neque tamen ſcintillulam ſani intellectus liberaeque voluntatis vnquam prodidiſſe. Fuere quidem his miſeris inſtrumenta ſentiendi, ita vt eſſe debent comparata; ſuſceperunt actiones, quibus machina corporis conſeruari ſolet; agitati fuerunt perturbationibus animi; oſtenderunt praeterea egregiam formoſamque hominis ſpeciem. Attamen per vniuerſam vitam ita ſe praebuerunt, vt, ſi formam praetermiſerimus humanam, nihil amplius humani poſſet in illis obſeruari, nedum aliqua mentis luce rationis colluſtratae effecta.

§. 8.

Porro conſtat obſeruatione exemplisque compluribus, naſci nonnunquam homines incolumi ac ſano corpore, attingere viuendo certam aetatem, egregiaque pro eius modulo ingenii edere atque iudicii ſpecimina. Poſthaec accidit, vt ſpaſticis, epilepticisque motibus diu agitentur. Qua infirmitate ſenſim tantopere debilitantur, vt omne, quod olim adfuiſſet ingenii iudiciique acumen, non tantum hebeſcat, ſed penitus etiam ita conſumatur, vt aggraueſcente morbo nihil eorum amplius animad-

verti queat; ſintque eiusmodi homines miſerrime ad aliquam belluinae naturae ſtuporem detruſi. Fit interea, vt remittat morbus, et interquieſcant aliquamdiu membra, ſpaſmorum furore diuexata: tunc videbis mentis lucem redire, aegrotosque rurſus ad veram humanitatis indolem, vt ex alto ſopore expergiſci. Fac vero recurrere morbum, et ſtatim rurſus haec tanta bona in fugam vertentur, vitaque etiam longaeva, hac ratione producta, non hominis, ſed ferae videbitur appellanda.

§. 9.

Nunc quidem ego is non ſum, qui credat, infelix hoc hominum genus mente prorſus deſtitutum eſſe, quod barbarum et crudele, ipſique ſanctae religioni contrarium putauerim. Non enim video, cur machinae iſtae etiam in hoc corrupto ſtatu mens ineſſe non poſſit, quamuis ipſa ſe non prodat. Sunt igitur aliae cauſſae huius rei in promtu nobis quidem hoc loco exponendae. Nimirum ea eſt in eiusmodi homine ſpirituum animalium natura, vt agere verſus mentem, in ea certas notiones, inibi iam latentes, excitare, et actionem inde elicere non poſſint: ſicuti mens contra non habet impe-

imperium in hoſce ſpiritus, nec poteſt eorum motus ad metam ſibi praefixam ſapienter dirigere. Ex quo facile eſt ad intelligendum, dubiam certe, ancipitem, incertamque rem eſſe, ſi debeas plane definire et argumentis euincere, an mens proprie iſtiusmodi homunculis adſcribi poſſit?

Praetereo lubens eos, qui non carentes intelligentia, atque arbitrio, quibus mentis natura continetur, tamen Circeo quaſi poculo inebriati, brutos ferarum impetus adeo in omni vita ſequuntur et imitando exprimunt, vt belluae magis dici mereantur, quam homines animi ratione gubernati.

§. 10.

Quum igitur diuerſitas externae corporis figurae non ipſam hominis vim atque indolem abſoluat, et actiones machinae, ad ſui conſeruationem inſtitutae, tales ſint, quae et reliquis animalibus tribui poſſint, de praeſentia vero abſentiaue animae, ratione vtentis, nihil certi aſſeuerare nobis datum ſit; apparet liquido, eſſe rem quam maxime arduam, non dico definitionem, verum deſcriptionem tantum hominis accuratam dare velle. Id interea certum eſt, inſignem eſſe

eſſe illorum animalium, quae homines vulgo appellantur, diſcrepantiam, ita, vt non ſit vllus, qui alteri omnino ſit ſimilis, et de quo non ſingulare quippiam dici poſſit. Quod vt intelligatur plenius, vero ſimile mihi videtur, Deum quidem ab initio homines ad ſuam creaſſe imaginem, ſed hac deperdita, illos, fortaſſis etiam in poenam delicti, adeo incertos vultus, adeoque varios formas corporis ſumſiſſe, vt adpropinquantes magis ad reliqua animalia tot diuerſas imagines nunc oſtendant, quot animalium ſint genera ab auctore mundi condita.

§. 11.

Quum vero hae diuerſiſſimae hominum conformationes ante conſtituant diuerſam partium ſolidarum, fibrarum videlicet atque vaſorum indolem; nunc vero partes ſolidae tales ſemper ſint, quales a partibus fluidis nutriantur: igitur licebit, rationem tantae differentiae, inter homines obſeruandae, in partibus fluidis machinae ipſius invenire; et, cum rubicundus ſanguis caput ſit fluidarum partium, in hoc quidem ſanguine rubicundo.

§. 12.

Quatenus igitur in ſanguine rubicundo fundamentum latet, cur homines tanto opere a ſe inuicem differant, quamuis ſinguli eodem communi hominum nomine inſigniantur, eatenus naturae ſcrutatores propriam quandam humorum mixturam, quam temperamentum vocarunt, tribuerunt homini. Tum pro ratione diuerſae proportionis, et mixtionis partium, maſſam ſanguineam conſtituentium, diuerſa poſuerunt hominum genera; ita, vt nunc fas ſit, homines ad hoc vel illud temperamentum referre, atque ex data quadam proportione partium maſſae ſanguineae, tam corporis ſtructuram, quam actiones, ex ea ſequentes, faciliori via et ratione explicare.

§. 13.

Si enim ex iam receptis, vſitatisque chemicorum principiis ſanguis e venis extractus examinatur: patet, non tantum acidas, alcalicas, oleoſas, terreas, aqueasque partes mixtionem eiusdem componere; ſed et certam quandam proportionem inter has partes, ſanguinem conſtituentes, probe obſeruandam eſſe. Ita quidem vt ſint v. g. XVI. Librae ſanguinis, quae ſi legitimo ignis

ignis gradu destillentur, elici inde possit aquae limpidae Lb. XV. et dimidia; olei Lothones VI. cum ℥j.; salis, quod pro qualitate sua alcali dicitur, Lothones III; salis acidi tantum ℥j. terrae vero caput mortuum referentis Lothones, V. cum dimidio.

§. 14.

Nunc quidem non nego plurima contra haec in sanguine facta experimenta moneri posse. Nam in destillatione aquae, plurimae simul oleosae, spirituosae, subtilioresque partes salinae tam acidae, quam alcalicae indolis prodeunt, nullo modo a phlegmate prorsus separandae. Simul oleo tum terra, tum vtriusque generis salia manent admixta. Nec alcali ab acido per destillationem ita segregatur, vt vtrumque pro puro haberi possit, et cum terra fixa quaedam salia adhuc firme cohaerent, quamvis ab omni parte videatur insipida, et homogenea. Insuper accuratiore examine chemico compertum est, nec alcali, nec acidum, nec oleum prima esse corporum principia, nec ea quoque ratione considerari posse; cum oleum in spiritum acidum et terram sulphure fixo repletam, alcali in terram et sulphur, acidum vero in spiritum

tum quendam homogenum, quem mercurii dicunt Philoſophi, et in terram ſal quoddam et ſulphur continentem diuidi poſſit. Quia vero nec alius ſanguinem examinandi, et in quaedam principia diuidendi modus adhuc eſt cognitus, et quum haec ita inſtituta rei experimenta plurimum inſeruiant, ad claram de diuerſa partium in maſſa ſanguinea reperiendarum natura vt fundamento temperamentorum, notionem ſibi efformandam, placet huic ordini inhaerere.

§. 15.

Hae partes maſſam ſanguineam ingredientes efficiunt, vt e permixtione decenti illarum liquor oriatur, qui ad ſufficientem cohaeſionis et ſpiſſae tenacitatis gradum aſcendat, vt retineri poſſit in vaſis, et qui materiam ſuggerat ad omnis generis ſecretiones et excretiones, itemque nutritionem ſolidarum partium continuandas. Terra enim reliquarum partium tanquam baſin conſtituit ac fundamentum, cui adhaerent, qua retinentur, et inprimis aqueae iuſtam acquirunt grauitatem atque cohaeſionem. Acida ſalia terram tenent ſolutam, ne terrenae particulae conglomerentur

tur, ſtagnent, aut aqueas magis viſcidas reddant. Alcalia et acria ſalia oleoſas pinguesque partes ſoluunt, fluidas ac ſpirituoſas reddunt. Oleoſae partes elaſticitatem humorum, calorem, plerasque ſecretiones et excretiones, nec minus nutritionis maximam partem tuentur, atque conſeruant. Aquoſarum vero tanta requiritur copia et multitudo, vt reliquae partes ſolutae, et a coagmentatione liberae teneantur, et poſſint quidem in ſe inuicem agere, maneant tamen temperatae.

§. 16.

Exinde patet, nullas harum partium in maſſa ſanguinea ſaluo circulo humorum, ſaluaque vita abeſſe poſſe. Quod ſi enim terra deficeret, futurum eſſet, vt fluidi nimis humores per fines vaſorum excretoriorum breui diſſipentur. Quemadmodum tunc ſolet euenire, cum ſoluta nimis terra, ſic vt in ſudore anglico, breui temporis ſpatio omnes corporis humores colliqueſcunt, et in vappam abeunt. Si alcali abeſſet, oleum crudum immobile maneret, deficeret calor, fluiditas, motus, omnes ſecretiones, et excretiones corrumperentur: vt eſt in cachexia, et morbis eam

eam ſequentibus. Si oleum abeſſet, corpus haud nutriretur, et breui temporis interuallo acrimoniae vitio periret. Sic etiam, ſi aquoſis partibus modo per breviſſimum tempus careret machina, periret, vel aeſtu vel frigore; cum aliquis tantum earum defectus ſiccitatem, ſitim intolerabilem febremque pariat.

§. 17.

Fieri tamen poteſt, vt proportio harum partium varia ſit ſalua vita, vel etiam ſi corpus adſueuerit, ſalua ſanitate. Quum enim ſanitas potiſſimum conſiſtat in aequilibrio inter partes ſolidas et fluidas, propterea quod partes ſolidae a fluidis nutriuntur; ſic tales formantur partes ſolidae, quales fluidae fuerunt, et corpus alium quidem habitum ſuſcipit, aliasque proprietates. Machina tamen manet humana, quae actionibus hominis ſani inſtituendis et proſequendis par eſt. Quapropter quidem neceſſe eſt, vt in ſanguine adſint partes acidae, alcalicae, oleoſae, terreae, et aquoſae. Non vero ſimpliciter opus eſt, vt in ea ſint erga ſe inuicem proportione, quam §. 13. deſcriptam dedimus: modo enim harum, modo illarum nunc maior minorue quantitas ad

ſanguinis maſſam formandam adeſſe poteſt, ſi modo non tantum vel excedant, vel deficiant, vt ex ſanguine ea adhuc fieri poſſint, quae ad vitam et ſanitatem conſeruandam ſint neceſſaria; ſi vaſa ſint apta vehendis his humoribus, et ſi non ſubito mutetur proportio.

§. 18.

Enimuero ſi haec proportio partium, maſſam ſanguineam conficientium, alia eſt, aliusque etiam erit humorum circulus, aliae erunt ſecretiones, excretionesque, alii ſenſus, alii motus, aliae actiones exinde natae, alia corporis nutritio, alia eiusdem forma externa, quamuis homines, ſanguine ita diuerſimode conſtituto a natura donati, omnes actiones, homini ſano tribuendas, poſſint ſuſcipere. Atque haec ipſa eſt hominum diuerſitas, quam, licet inter ſe tam reſpectu partium fluidarum et ſolidarum, quam actionum differant, cum tamen ſani ſint, temperamentum vocarunt. Sed quoniam in infinitum fere iſta proportio partium, maſſam ſanguineam conſtituentium, inter ſe variari poteſt, ſic et infinitus poteſt eſſe temperamentorum numerus, vt ex eo eluceſcat, quare inter tot tamque innumerabiles

merabiles homines nullus alteri omnino sit similis: siquidem fieri non posse videtur, vt eadem proportio, cui nihil desit, tam in vno, quam in altero habeat locum. Jam vero quatuor potissimum sunt partes, quibus massa continetur sanguinea, eaeque tales, quae modo excedere, modo deficere possunt. Igitur etiam ad quatuor summa genera hanc hominum differentiam retulere physiologi. Est nimirum acidum, sulphur, alcali, ac terra fundamentum omne temperamentorum. Aqua vero eam ob caussam vt res, quae et adesse et abesse possit, spectanda, quoniam ea vel abundat, vel deficit, pro ratione proportionis partium priorum.

§. 19.

Quamobrem, si salia in sanguine desint acidum et alcali, tunc et orietur defectus terrae; nam haec per acidum potissimum soluitur et in sanguinem deducitur. Sed si quoque haec adsit, erit tamen crudior, vtpote minus soluta. Oleosae partes, quod hae per alcali soluantur, et aquae misceantur, etiam vel deficient, vel si adsint, nec resoluentur, nec subtiles erunt: crudae potius manentes nunquam

 fient

fient ſpirituoſae. Aquoſarum autem longe plures ac par eſt, in corpore tunc retinebuntur, quia per oleum terramque admiſtam magis glutinoſae fiunt, ita, vt non facile per excretoria exeant. Replentur hanc ob cauſſam vaſa multis quidem humoribus, ſed qui glutinis naturam ac pituitae induunt, cum oleum non ſit reſolutum. Nec minus nutritur corpus eximie, craſſumque redditur, non vero carne, oſſibus, veraque pinguedine, ſed pituita magis. Deficiunt ſpirituoſae, acres, acidaeque ſecretiones; imo, quae tales eſſe debebant, ſunt aquoſae magis et inertes. Fibrae ſunt laxae, molles, motus debiles et ſic porro. Talem humorum mixturam TEMPERAMENTVM dixerunt PHLEGMATICVM.

§. 20.

Deinde humorum permixtionem praeſtantiſſimam ad ſanitatis vitaeque conſervationem iudicarunt ſemper, in qua legitima occurrit ſalium ad ſulphur, ſeu oleum terramque proportio: illique nomen SANGVINEI indiderunt TEMPERAMENTI. In qua mixtura optima eſt ſanitas, liber et aequalis humorum per vniuerſum corpus circulus: ſecretiones, excre-

excretionesque temperatae: recta sensuum agilitas, motuumque libertas cum celeritate. Corpus egregie nutritur, tam carne, quam adipe, iisque veris; ornatur etiam formae colorisque venustate &c.

§. 21.

Sin vero salium in vniuersum maior, ac par est multitudo, massae misceatur sanguineae, ita tamen, vt acidi minor, maior vero alcali sit copia: tum copiosiores istae partes terrenae ibunt ad sanguinem, qui maiorem inde cohaesionem, grauitatem, soliditatemque assumet. At oleosae in sanguine haerentes ab alcali non soluentur tantum, sed et plane resolventur, fientque spirituosae: insignis exinde nascetur humorum elasticitas, auctae erunt secretiones spirituosae, illae potissimum spirituum animalium; bilis insignem habebit acrimoniam. Per hanc et per admistos spiritus ex assumtis omnes oleosae partes solutae ad sanguinem traducentur; ita, vt ingens illarum semper praesto sit copia. Hae soluentur iterum a salibus, iam in sanguine haerentibus, calor exorietur singularis, et, circulo humorum aucto, spirituum animalium vti copia

 suppe-

ſuppetet, ita etiam impetus, quo fortiter influant in neruos. Hinc mira ſenſuum velocitas, hinc agiles fortesque motus. Nutritio ſpirituum beneficio reddetur ſubtilis, ſpirituoſa; fibrae inde fient elaſticae, ſubtiles, mobiles, robuſtae. Corpus vniverſum agile, gracile, perquam ſenſile et id genus alia. Atque haec humorum TEMPERATVRA appellatur CHOLERICA.

§. 22.

Tandem ſi acidi comparate ad alcali copia ſuperet, tum actio alcali inde magis temperabitur, vt oleoſae ſanguinis partes actioni eiusdem reſiſtant et crudiores maneant: e contrario accumulabitur in ſanguine terra, quae ſemper acidi comes eſt. Sic ſanguis redditur grauior, ac magis cohaerens. Oleoſae partes, terrae adhaerentes, retinentur ab illa. Vaſa maiora ſanguine rubicundo mirum quantum replentur: hic propter grauitatem et cohaeſionem tarde mouetur, ſtagnat facile, ac tot tantaque mirabilia, ſibique inuicem oppoſita in corpore tali ſanguine irrigato exoriuntur, vt peculiari diſquiſitione opus eſſet, ſi vellemus accurate exponere, quae diſſerenda viderentur de

hac

hac humorum MIXTVRA, quae quidem dicitur MELANCHOLICA.

§. 23.

Atque haec temperamenta inuicem vario modo permiscenda componuntur, prouti quaedam sanguinis partes adhuc magis minusue, vt §. 19. 20. 21. 22. est expositum, prae aliis videntur dominari. Sic PHLEGMATICVM miscetur SANGVINEO, si sanguini phlegmatico plures subtiles oleosae partes inhaerent: MELANCHOLICO nectitur, si multo plures terrenae insunt: SANGVINEVM CHOLERICI fit comes, si plures acres partes, MELANCHOLICO autem, si terrenae addantur. Adiicitur tandem CHOLERICVM MELANCHOLICO, si oleosae et acres eiusdem partes, cum terra copiosiore iunctae, retinentur. Et hoc pacto fiunt permixtiones rationis diuersae, e quibus cunctis varius ac multiplex corporis habitus, diuersaeque hominis proprietates iudicantur.

§. 24.

Mihi vero nunc animus est de CHOLERICA tantum TEMPERATVRA, quatenus in se ipsa nec aliis mixta consideratur, ea conari, quae mente conce-

 pissem.

pissem. Profecto, huius temperamenti nobilitas atque excellentia, qua, si quaeras corporis fabricam, sensuum et motuum agilitatem celerrimam, ingenii acumen, iudiciique praestantiam, reliqua longe superat hoc vnum adeoque non admirationem tantum, sed meditationis quoque diligentiam prae aliis meretur. Accedit subtilissima, qua pollet cholericus, corporis sensilitas, et vehementia motuum animi, quibus agitatur, quae simul tantum habent momenti, vt ingenium in iis explicandis exerceri satis non possit. Omne enim, quod in vniuersum homines sentiunt, quod agunt, quod patiuntur, illud summopere in vno cholerico coniunctum eminere videmus; et in his omnibus primas tenet. Quare inducor, vt credam, ea omnia, quae tamquam praeclare facta in hominum vita miramur, breui cessatura esse et interitura, nisi cholericorum industria, cura, opera, cogitatio, vigilantia, indefessusque labor, atque perpetua agendi dexteritas intercedat. Ea propter naturam cholericorum, siue omnia ea, quae de cholerica humorum temperatione dici possunt, enarrandi consilium cepi; adeoque nunc ea cum beneuolo lectore communicabo,

quae

quae attenta et, quantum fieri poterat, accurata obſeruatione didici. Quae quidem in hoc temperamento mihi contigit eo frequentior, quo magis eodem praeditos prae caeteris ſemper dilexerim, illorumque conſuetudine, quamuis temperamento ſim remotiſſimus, fuerim delectatus.

DE NATVRA CHOLERICORVM.

§. 25.

His itaque praemiſſis hominem, cholerico temperamento praeditum, dicamus illum: „*Cuius vaſa ſanguine repleta ſint compoſito ex ſale ſulphureque copioſo, ita tamen, vt, comparate plus ſit alcali quam acidi, cum multa, ſed leui terra, aquoſis vero partibus paucioribus; qui tamen ſanguis commode a vaſis capi et moueri poſſit*„. Id quidem indubitatum eſt, talem ſanguinem ſemper in hominibus, quibus hoc temperamentum tribuitur, inueniri: ſed res mihi videtur longe grauior et inueſtigatione dignior, qui fiat, vt homines iisdem alimentis, eadem diaeta, eodem vitae genere vſi, diuerſum tamen generent ſanguinem. In origine ipſa, primoque generationis momento

ratio huius rei controuerſae ſita eſſe nequit; nec etiam in prima nutritione, quam prima hominis materia ex ſemine virili, ouuloque et vtero materno habet. Etenim ſi etiam alimentum, quod his in locis datur, diuerſos in vniuerſo foetus humani corpuſculo producere poſſet humores: futurum tamen eſſet, vt illi tunc ſtatim mutentur, cum natus homo incipit ſibi indulgere, et iisdem, atque reliqui homines omnes, ali cibis. Nec magis veroſimile videtur, fermentum quoddam in ſanguine comminiſci, quod ex immutante per fermentationem virtute, humores aliunde venientes in ſuam commutet naturam.

§. 26.

Idcirco mihi magis videtur ad veritatem accedere, ſi contendamus, in diuerſo diametro illorum canalium, qui chyſum, e cibis ſeparatum, in ſanguinem transfundunt, et qui vaſa dicuntur lactea, rationem huius diuerſitatis eſſe poſitam. Nam quia tam ſenſibus externis patet, quam ex interna partium inueſtigatione eluceſcit, phlegmaticis minima eſſe et anguſtiſſima vaſa ſanguifera; omnesque tubulos et canales, per quos in corpore aliquis

aliquis humor dimanat, esse angustiores; fit porro, vt in sanguineo ampliora et maiora sint, adhuc tamen his capaciora inueniantur in cholerico, amplissima denique in melancholico. Ergo non video, cur non liceat, mente sibi concipere, vasa etiam lactea pro ratione hominum diuersorum diuerso quoque finiri diametro, et modo angustiora esse, modo capaciora. Complecti haec animo certe possumus: vasa bibula iam in quocunque semine latitantia, dum massae adhaerent, e qua nutrimenta sugunt, talia attrahere, qualia respondeant accuratius diametro orificii. Pari modo orificia lacteorum chymo, ex alimentis praeparato, adhaerent, et ex hoc pro indole diametri modo subtiliores, fluidioresue, modo etiam, si videlicet capaciora magisque patentia fuerint, tenaciores, spissiores, acresque partes hauriunt, quas ad vasa maiora sanguinemque perducant.

§. 27.

Differat, hoc vt exemplo vtar, apertura diameterque orificiorum lacteorum quatuor modis: sint aequales modo lineae vni; modo duabus; modo tribus;

modo

modo quatuor lineis. Diametrum vnius lineae tribuamus temperamento phlegmatico; duarum linearum ſanguineo; trium cholerico; quatuor melancholico. Nunc chymum ex alimentis elaboratum perſcrutemur, et illum, qualiacunque etiam ſint alimenta, compoſitum videbimus e partibus ſpirituoſis, aquoſis, oleoſis, acribus, alcalicis, acidis, et terrenis, quae ratione fluiditatis, ſubtilitatis particularum et cohaeſionis quam maxime differunt. Sic ſpirituoſae ſimplices erunt ſubtiliſſimae: has ſequentur aquoſae: mox oleoſae per ſalia ſolutae, et ſubtiliores factae; nunc ſalſae, et alcalicae acres; poſt acidae, vtpote grauiſſimae; tandemque terrenae maxime cohaerentes. Huic maſſae diuerſi generis inhaerent orificia lacteorum, perinde ac vaſa bibula ſeminum terrae, cui inſeruntur. Et vti ſeminis lactucae anguſtiſſima vaſa bibula aquoſas, ſpirituoſas, et non niſi ſubtiliſſimas terrenas partes e tellure attrahunt, ad plantam formandam aquoſam, cui pauciſſima ſubtilis terra ſpirituoſaeque partes miſtae ſunt; ita contra lilium vaſa bibula maiora habens, vna cum aquoſis multas quoque ſulphureas attrahit ſeu oleoſas, quas inter, quia

nec

nec ſale ſufficienti, nec terra retinentur, ſulphur adeo facile effluit vaporando, vt breui diſpareat. Rutae ſemen magis adhuc patentibus inſtructum vaſis, vna cum aquoſis et ſulphureis, imbibit quoque copioſa ſalia, terramque ſubtilem, quae ſulphuris non modo vim augent, ſed illud etiam diutius retinent, aqua per aërem externum exſiccata. Sic faba non aqueas tantum, ſed et oleoſas partes, ſaliaque varii generis ad ſe trahit; eas vero cum terra tam graui atque copioſa coniungit, vt alligatae huic ſulphureae ſalinaeque partes non pro ſua natura agere poſſint, quamuis magnam copiam huic plantae inhaerere ſit compertum. Igitur tametſi vni eidemque terrae inſerantur haec ſemina, eadem etiam aqua irrigentur, et eodem calore perducantur ad maturitatem; tamen plantae inde prouenientes, vt ex aliis humoribus, ita etiam fibris conſtant, aliasque nanciſcuntur virtutes. Verum vnica huius diuerſitatis ratio in diametro vaſorum ſeminis bibulorum poſita eſt, per quae ex terra, cui adhaerent, alimentum ſuum capiunt. Sic etiamſi pro diuerſitate diametri orificiorum lacteorum in inteſtina hiantium, chymoque adhaerentium, alia erit ſorbi-

tio,

tio, quae per angusta orificia, alia, quae per ampliora fiat. Angustissima lactea ea nimirum, quae phlegmatico sunt a nobis tributa, ex chymo potissimum aquosas et spirituosas, ac non nisi subtilissimas, et quam maxime solutas olei, salis, ac terrae haurient particulas. Ea vero, quae sanguineo temperamento damus, vna cum aquosis et spirituosis iam copiosiores, oleosas, salinas temperatiores, terrenasque subtiliores sorbebunt. Ampliora cholericorum lactea transmittent, vna cum aquosis, spirituosis, et oleosis, multas salinas, acres alcalicas terrenasque subtiles. Amplissima denique melancholici, non has tantum partes, sed simul etiam acidas, quae propter terram, huius generis salibus semper iunctam, grauiores sunt, difficiliusque vasa bibula subeunt, vna cum terrenis crassioribus in se suscipient. Etsi igitur alimenta eadem, chymusque omnibus idem sit, tamen pro ratione diametri lacteorum varius erit haustus, variaque transmissio partium ad sanguinem, ex quibus ipse constat. Operae quidem esset pretium, hoc loco pluribus hanc sententiam praesidiis firmare; sed cum angusti limites, quibus hunc libellum circumscripsi, nolint, me esse prolixio-

rem,

rem, et cum iam ad finem perductam commentationem in scriniis meis seruem, de vasis lacteis primo sanitatis, morborum, et morum fundamento, mox typis excudendam, parco verbis, et in his, vt interim acquiescat beneuolus lector, maiorem in modum peto.

§. 28.

Ex his autem, quae disputata sunt, liquido apparet ratio, quare vulgo tribuamus infantibus temperamentum phlegmaticum; iuuenibus sanguineum; viris cholericum; senibus tandem melancholicum. Exilia enim infantum intestina tot quidem numero iam habent orificia lacteorum, quot homini adulto sunt. Quis vero est, qui dubitet, illa in infantibus multo angustiora reperiri, quam si post aliquod tempus magis expansa ad iustam magnitudinem peruenerint? Igitur per illa infantum angusta lactea non nisi aquosa fere et spirituosa chymi pars ad vasa maiora defertur, et de reliquis non nisi quod subtilissimum est. Talis chylus quoque gignit aquosum et spirituosum sanguinem, qui, sicuti facile oritur, ita facile etiam dissipatus perit, talisque sanguis partes solidas aquoso et spirituoso,

sed

ſed debili nutrimento replet. Verum enim vero, ſi iam creſcente aetate, magis magisque dilatatis inteſtinis, lacteorum orificia ſimul magis dilatantur, iam plures ſalinae et oleoſae partes vna cum terrenis ſubtilibus per illa vadunt, quae ſanguini naturam conciliant ſolidiorem, illasque proprietates, quas tribuimus ſanguineo temperamento. Deinde aucta magis in virili aetate inteſtinorum amplificatione, diducta magis et magis patentia lactea copioſiores oleoſas, pluresque acres et ſalinas vna cum terrenis recipiunt, ac transmittunt, quae ſanguinem reddunt elaſticum, feruidumque, qualis cholerici temperamenti fundamentum conſtituit. Tandem, cum imminente ſenectute vaſa redduntur rigidiora, multa illorum concidunt, et in fibras mutantur, et reliquae adhuc patentes magis magisque expanduntur. Tunc elaſticitate illorum diminuta, quod ſi etiam dilatata ſunt, ſe rurſus contrahere non nituntur, et expanſa manent. Ideoque cum omnibus aquoſis, oleoſis, acribus partibus, plures etiam acidas terrenasque crudiores arreptas ad ſanguinem ferunt. Ex quo efficitur temperamentum, quod vocamus melancholicum.

§. 29.

§. 29.

Neque tamen sola aetas tam accurate determinat temperamentum, vt semper et vbique talis inueniatur humorum proportio. Iam enim in puero videre licet, an, vir factus, cholericos habiturus sit humores, quamuis actiua, salia sulphurque subtile hac aetate magis diluta sint, ac temperata, vt sanguineus videatur. Itaque illa virilis aetas est, quae proprie definit cholericum. Haec iam perfecte elaboratos et mixtos habet humores, vasaque sic formata, vt commode et sine sanitatis detrimento elasticum cholerici sanguinem vehere possint. Hac aetate cholericus talem se sistit, qualis vere est: hac totus viget, hac nobis vniuersae eiusdem proprietates ante oculos ponuntur. Contemplaturi igitur illas res, quae cholericam humorum mixtionem a reliquis distinguunt, imaginemur nobis virum intra trigesimum et sexagesimum annum constitutum. Hic nobis erit exemplo, et vlterioris nostrae disquisitionis in se continebit fundamentum.

§. 30.

Talis igitur homo alimenta sumens composita ex cibis alcalescentibus acribus,

 oleosis,

oleosis, terrenis, et acidum complexis, vel re ipsa, vel saltem virtute talibus; diluens illa potu aquoso, eoque vel simplici vel salino paulum acido, modo magis, modo minus spirituoso, immutans illa non modo in ore, sed etiam in ventriculo et intestinis in chymum; massam inde gignit fluidam; ex variis hisce principiis accurate commistis, dilutis, resolutis constantem. Esto nunc, vt inhaereant massae isti lacteorum orificia, similiter ac fibrillae radicum et seminum, terrae, cui insertae affixaeque sunt; sic efficitur, vt, cum haec orificia in cholerica temperie sint ampliora, quam in sanguinea, angustiora vero, quam in melancholica, attrahendo sorbeant, et in se recipiant: primum partes aquosas propemodum omnes, deinde plerasque salinas acres, postremo etiam ea, quae ex oleosis soluta, et aquae mista sint; pauciores autem acidas atque terrenas. Remanebit igitur massa siccior particulis aquosis ac spirituosis orba, at continens adhuc oleosas non resolutas, acidas et terrenas, vna cum illis acribus, alcalicisque, quae cum terrae firmius adhaerent, tum oleosis obductae sunt, adeo, vt lactea nequeant subire. Hae reliquiae delatae ad crassiora

intesti-

ınteſtina et coaceruatae, detinentur ibi
per aliquod tempus. Tum in loco hoc
calido et humido fermenteſcunt, acria
acida ſalia agunt in oleoſas partes, effer-
veſcit maſſa, molleſcit aër, in iſta maſſa
haerens, et expanditur. Hic agit in in-
teſtina, quae expanſa, vtpote elaſtica, ſe
contrahunt, faciuntque, vt promouean-
tur hae alimentorum foeces et reliquiae,
vsque ad inteſtinum rectum, vbi, donec
e aluus exoneret, retinentur.

§. 31.

Ex his autem erit perſpicuum, quamob-
rem cholerici pauca tantum, eaque vel
dura, vel fermentatione emollita, crebro
tamen emittenda excrementa per aluum
eiiciant: nimirum pauca, quia omne
fere, quod fluidi chymo ineſt, ad ſangui-
nem defertur, vt parum remaneat: du-
ra, quod omnem humiditatem perdidere,
vtpote, quae ad ſanguinem delata per
via excretoria diſſipantur: mollia vero,
quoniam tunc molleſcunt, cum diutius
concluſa in inteſtinis fermentare et pu-
treſcere incipiunt; idque tunc potiſſi-
mum, quando cibi fuerint nimis oleoſi;
crebro denique eiiciunt, quod exquiſita
fibrarum elaciſtitas regnans in hoc tem-

peramento, illud ſtatim protrudit et expellit, quod irritat.

§. 32.

Iam vero ſic remotis e corpore cholerico ſordibus, puriores, quae per lactea ad ſanguinem veniunt, chymi partes, eius ſunt conditionis, vt ea, quae mixtionem cholerici ſanguinis efficiunt, conſeruent: chylus enim infuſus vaſis ſanguiferis ſero primum admiſcetur, atque in eo ſoluitur. Quae ſolutio, vt eo melius ſuccedat, magna lymphae copia, tam in glandulis meſenterii, quam in lacteis, ciſterna chyli, ductuque thoracico affunditur. Quo facto vna cum ſero circulum proſequitur, per vaſa ſeroſa, et ſimul tranſit ad excernendi vias. Serum proinde ſucco inſperſum acri, oleoſo, et aquoſo, tenuius redditur, et ad fluendum accommodatius, eſtque ad omnis generis cum ſecretiones, tum excretiones aptum. Huius enim ſucci partes magis fluidae, aquoſae, ac nimis ſpirituoſae, vna cum illis ſalinis, oleoſisque partibus, quae facillimo negotio in aqua poſſunt ſolui, per patulos vaſorum ſecretoriorum fines rurſus ſecernuntur, et, vel nouis in corpore muneribus peragendi

deſti-

destinantur, vel ex illo eiiciuntur. Oleosae autem partes, quae terrenis salinisque subtilioribus tam arcte iunguntur, vt, firmissime cohaerentes, vnum globulum forment rubicundum, accedunt sanguini rubicundo, cohaerent cum illo, et sic ea etiam restituunt, quae de sanguine rubicundo sunt amissa, atque deperdita. Tandem hae subtilissimae oleosae partes, quae tam per actionem salium, quam per motum, et potissimum per sulphur subtilissimum, praecipue per admistos spiritus animales, in minutissimas partes sunt sectae atque resolutae, interstitiis fibrarum adhaerent, vel passim in cellulas reponuntur, seruiuntque corpori nutriendo.

§. 33.

Vbi autem sanguis e vena cholerici elicitur, prosiliens magna cum vi atque impetu, cito in massam solidam concrescit, superne eximie rubicundam, inferius nigram. Fluiditas enim sanguinis rubicundi pendet a colore, motu et actione partium in se inuicem et spirituosis partibus admixtis. Postquam vero e venis exiit, cessat calor, remittit motus, spirituosaeque partes in auras euanescunt. Quo fit, vt oleosae mutuo inter se cohae-

 rentes,

rentes, veluti quodam viſco adſtringa
reliquas et cogant. Iam vero ſi quiet
ſteterit ſanguis, grauiores terrenae eiu
dem partes ſal fixum in ſe complexa
ſubſidunt, et nigredinem oſtentant, m
norem tamen, quam in melancholic
ſanguine. Hae ſulphureae ſubtiles ſi
oleoſae, per ſalia motumque reſolutae,
leuiores, ſuperficiem colore tingunt r
bicundo.

§. 34.

Sepoſitus hic ſanguis ſeroſas part
ſeparatim demittit, atque haec ſeparati
ſeroſarum partium, non modo tardi
procedit, quam in reliquis, ſed et pa
ciores particulas colligit, ac pene ſemp
ad flauedinem accedit, leuique calo
coit. Tametſi enim omne propem
dum, quod humidi et aquoſi alimen
ineſt, in ſanguinem deriuatur, breui t
men tempore humiditas in ſanguife
vaſis remanet, et propter calorem i
ternum, vehementem arteriarum co
disque vim, itemque ob admixtione
largam ſpirituum animalium, qui aqu
ſas partes ſpirituoſas reddunt et ſub
les, rurſus e vaſis per excretoria exp
litur, vt vulgo ſiccitas quaedam hum
ru

rum in defectu aquosarum partium anim-aduertatur. Etenim aquosae partes facile per secretoria et excretoria vasa secedunt, ducentes secum spirituosas et salinas, relinquunt autem in sero oleosas, iam per salia acria alcalica resolutas, quae crassiores sunt, quam quae per angustiora excretoria vasa possint penetrare. Hae quidem oleosae partes sic resolutae flauum semper habent colorem; cumque in cholerico temperamento abundent, serum quoque hac flauedine inficiunt. Quae cum communem habeant cum sanguine rubicundo naturam, atque ab illius grauitate non procul absunt: sic et serum, his alcalico-oleosis partibus quasi foecundatum, firmiter sanguini rubicundo cohaeret, ac difficilius ab illo recedit. Solidius enim est, statimque singulari cohaesione agglutinatur, dum leui calore, dissipato spiritu, cohaerentiam impediente, instar albuminis oui coit.

§. 35.

Ad sanguinem cholericorum accuratius noscendum obseruemus, eum frequentissime ebullire: quippe nimio est colore feruidus et elasticus, agens in

vasa illaque expandens, quae remittunt impulsum in sanguinem, eoque contenunt illum, resoluunt, fluidum reddunt ac subtilem. Namque vi salium acrium alcalicorum, oleosae partes, et hae quidem magno numero resoluuntur, in minores globulos formantur, spirituosae a terrenis cohaerentibus liberantur, terrenae rediguntur in partes minutissimas, et accurate reliquis miscentur, vt massa inde enascatur solida quidem, grauitate singulari praedita, cohaerens iusto modo, et quamuis oleosas terreasque partes plures iunctas secum gerat, fluida tamen et subtilis, cum calor, motus, et admisti spiritus illius agitationem reddant perpetuam.

§. 56.

Venio ad secretiones, quae vniuersae in cholerica humorum temperatura vehementes sunt ac mirum in modum auctae. Hic enim, propter magnum agendi robur, quod est in menstruis, alimentorum partes perfecte soluuntur, et succus ex illis ob validam ventriculi et intestinorum vim exprimitur. Ille vero succus expressus propter spirituum copiam, neruorum, quae intestinis insunt, ope, admi-

admiſtam, ſubtilis fluidiorque efficitur. Atque tunc deducitur omne, quod hoc modo fluidum factum eſt, per patentia lacteorum orificia in ſanguinem. Quo vbi peruentum eſt, ſuccus iſte perfecte elaboratus miſcetur ſanguini quam diligentiſſime, et per vehementem cordis arteriarumque ſeſe contrahendi et expandendi niſum ſingulae prope chyli particulae ſingulis quoque admiſcentur ſanguinis partibus: quam ſalubrem permixtionem violentus humorum motus propagat ſemper atque conſeruat, eo modo, vt chylus per omnes vaſorum regiones aequaliter diſpenſatus, cum ſero et ſanguine, comitibus ſuis, ſingula corporis receptacula peruagetur, ſuumque in currendo orbem abſoluat: at vero haec mixtionum felicitas haud eſt conceſſa corporibus melancholicis, vbi pleraeque adſumtorum aquoſae ſalinae partes, breui via ac tempore paulum tantummodo immutatae, per renes excernuntur, ita, vt non penitus ſanguini admiſceantur.

§. 37.

Occurrit nunc nobis frequens et larga ſpirituum animalium apud cholericos ſecretio. Nam ſunt in eorum ſanguine

plures acres oleoſae partes, quae agentes in ſe mutuo, adiutae motu et calore, liberataeque a terrenis cohaerentibus, ſubtiliores, magis homogeneae, leuiores ac ſpirituoſae redduntur; adeo, vt leuitate ſua adſcendant, atque per carotides, et vertebrales in cerebelli cerebrique ſubſtantia corticali ſecernantur, per medullarem et neruos in vniuerſum corpus inde diſtribuendae. Hae vero tam exuberant hac in temperie, vt non niſi rariſſime ſentiatur earum defectus, ſiquidem propter ſupra declaratam lacteorum capacitatem, quaeuis alimenta ad nouam illarum ſecretionem ſubminiſtrant materiam. Quemadmodum vero ſpiritus animales non motui tantum et ſenſibus inſeruiunt, ſed rurſus etiam ſanguini et reliquis humoribus admiſcentur: ita et motus inde exiſtunt continui, agiles, fortes, ſenſus denique acutiſſimi, vti pluribus mox docebitur. Spiritus etiam, ſanguini humoribusque immixti ſunt inſtar balſami, qui fluidos reddit eos ac ſubtiles, conſeruat calorem augetque, tandem vitale robur cum agendi facilitate reſtaurat. Super haec in illis humoribus, qui iam ſecreti in cellulis quibusdam reſeruantur, mixtionem accuratam partium

hetero-

heterogenearum praestat, destructionem illis metuendam auertens. Sic. v. gr. febre correptorum vrina, quantumuis longe in vesica vrinaria detenta, nunquam sedimentum nubeculamque demittit: nisi forte, prout obseruaui, paralysis vesicae vitalem vegetumque harum partium statum euerterit. Hoc vero statim fit, vbi ex missa vrina in vasculo seruata, spiritus in vapores solutus dilapsus est. Interea haec spirituum cum sanguine permixtio mutuo semper et in orbem peragitur. Quamquam enim iam ita secreti, ac tum sanguini pariter ac humoribus reliquis admisti, certo sunt officio functi, pauci tamen excreti pereunt: quoniam plerique vna cum ceteris humoribus, quibus denuo fuere misti, per circuli leges, quibus in motu suo parent, ob leuitatem superiora petunt, rursumque secernuntur in cerebro; cum interim sua subtilitate alias sanguinis partes subtiliores, et ad nouam spirituum secretionem aptiores reddiderint.

§. 38.

Quid dicam de secretione saliuae, quam pari modo insignem hac in temperie inuenimus? Scilicet abundat ea in

chole-

cholerico ; quandoquidem eſt ſecretum aliquod aquoſum, cui pauciores ſalinae mediae, at plures ſpirituoſae ſunt admiſtae. Ideo in cholerico temperamento aquae plurimum ſpiritus additur, qui hanc leuiorem reddat, et per carotides eleuet: et, cum nec deficiat ſubtile ſal, itidem propter ſpirituoſarum partium abundantiam, noua perpetuo ſuggeritur materies ad ſecernendam ſaliuam. Vnde cholerici plerumque ſunt ſputatores, idque tunc maxime, cum quauis de cauſſa aliae ſecretiones fuerunt imminutae, vel ſpiritus animales a perturbatione animi efferueſcentes incaluerunt, et admixti ſunt ſanguini. Tunc ſero et aqua accedentibus, hanc ad ſaliuales glandulas vsque eleuant, et ſaliuae ſecretionem augent. Et cum ſaliua primum ſit menſtruum ad immutanda et concoquenda alimenta, fit etiam, vt, copia eiusdem maiori ſuppetente, negotium hoc iam in ore cholerici felici ſucceſſu inchoëtur.

§. 39.

Nec minus abundant illi liquores, qui ad laryngem aſperamque arteriam humectandam requiruntur, per tunicam illius glanduloſam ſecreti: hi enim, quod con-

consistunt maximam partem ex oleosis per salia media solutis, et multa aqua dilutis particulis, cuiusmodi abundant in cholerico sanguine, faciunt, vt plane singularis et praestans sit haec etiam secretio. Erat autem hac in re bene etiam a natura prouisum necessitati: propterea quod cholerico larga opus esset arteriae asperae humectatione. Namque sunt huius generis homines, loquaces, musicae studiosi, rythmorum atque cantuum amantes, et quamuis a sanguineis claritate et elegantia vocis superentur, ea tamen acuta satisque penetranti pollent. Nec facile remedia ad fauces ferunt, propter continuam hanc asperae arteriae irrigationem aduersus raucedinis incommoda satis bene muniti.

§. 40.

Sic etiam secretio bilis hac in temperie praestantissima est. Quae cum postulet acres salinas oleosasque partes, certa proportione inter se coniungendas: habet in cholerico sanguine thesaurum inexhaustum, a quo materiam ad illius secretionem continuo persequendam petat. Illa autem e sanguine ita constituto secreta, ob acria satis salia penetrans, et ob abun-

dantiam

dantiam spirituum animalium subtilis agilisque est; egregiam prodens vim atque virtutem, cum in recludendis oleosis et muco similibus ciborum partibus, tum et illis aquae admiscendis, quo viam ad sanguinem inueniant faciliorem. Haec denique materia succo pancreatico temperata, cibisque in ventriculo subactis commixta, vna cum chylo sanguini rursus immissa, relinquit acres oleosasque crudas partes in intestinis, quae, excrementis adhaerentes, nouam in illis excitant fermentationem, quae facit, vt per aluum eiiciantur, postquam a bile flauo colore fuerint tincta. Hinc etiam intelligitur, quare cholericorum excrementa tam acriter foeteant, quippe bilis in caussa est; sed quantum illis ex hac bilis redundantia motuque valido metuendum sit valetudinis periculum, infra pluribus ostendetur.

§. 41.

Succus contra pancreaticus, si referas eum ad bilis vbertatem, non adeo abundat. Quod enim subtiles salinae mediae, maxime vero paullum acidae partes ad mixtionem eiusdem pertinent: nec acidum in cholerico corpore vnquam, propter

pter alcali oleique multitudinem, quaſi regnum aperte tenere poteſt: ea propter etiam materia ad illius ſecretioem ex ſanguine parcius ſuppeditatur. Etenim actuoſa bilis virtus non ſatis temperata ab admixtione ſucci pancreatici imperium retinet. Terrenae ciborum particulae, quae ab acore pancreatici ſucci debebant ſolui relinquuntur in inteſtinis non reſolutae, cum per vim agendi, quae in bile cernitur, illius virtus infringatur. Neque terrenae ciborum partes ad ſanguinem perneniunt, niſi quae vel oleo adhaereſcentes a bile ſubigantur, vel quae a ſpiritibus in ventriculo inteſtinisque admiſtis, ſubtiliores redditae, et ad penetrandum per lactea ſint aptatae. Ex quo perſpicitur, quamobrem in cholerica humorum temperie minor fere quam in ſanguinea terrenarum partium copia reperiatur; tametſi cholericorum lactea magis quam ſanguineorum pateant &c. Videmus etiam hoc, cur temperamentum ſanguineum itaque purum, facilius in melancholicum, ingraueſcente aetate, transmutetur, quam in cholericum.

§. 42.

Liquoris, vt vlterius progrediamur, cauum inteſtinorum humectantis et lubricum

cum reddentis minor quoque vis eſt et copia. Is enim et ſubtiles terrenas partes et paullum acidas in ſanguine ante requirit, quarum comparate in cholericis penuria eſt. Quam ob cauſſam fit saepenumero, vt diutius in inteſtinis haereant excrementa, et ſegnities alui oriatur: ſimulque cholica facile immineat; nimiorum ob inteſtinorum ſiccitatem, faciliorem que proinde in vaſis eorum ſanguinis ſtagnationem.

§. 43.

Neque praetermitti poteſt vrina cholericorum ſaturo colore tincta, eo quod ſulphure ſalibusque eſt admodum referta. Quod in cauſa eſt, cur ſaepius mingere conantur, quamuis veſicae magnitudo maiorem capere vim vrinae poſſit. Ratio non difficulter intelligitur; nempe acris propter ſalia vrina neruos veſicae ad contractionem ſui ſtimulat; praeterea valde calens et ſpirituoſa excernitur, atque, hoc tunc inprimis, cum poſt motum vehementem, aut affectionem animi exoneratur veſica, quia ſpiritus animales vberrime admixti ſunt. Hanc ob cauſſam vrinae emiſſio poſt vehementem vel corporis, vel animi motum ſolet ſuaderi;

deri; ne videlicet ſpiritus animales, qui tum copioſe, idque cumprimis in cholerico homine, affluunt vrinae, in ſanguinem reuertantur, atque ibi efferuescendo motum excitent ſanitati nociuum.

§. 44.

Semen quidem a ſanguine non adeo multum in cholerico ſeparatur, ſed inſignis eſt ac praeſtans eius elaſticitas, ſubtilitas et vis agendi in vaſa ſeminalia. Praecipua enim ſeminis materia terra eſt ſubtilis ac leuis, cui alcali ineſt fixum. Ergo cum terra hic per ſalia, ſpirituoſasque partes ſubtilis et ſoluta conſeruetur, et cum adhaerens ſanguis reliquis partibus vna cum illis per caetera excretoria exitum quaerat, ita ſub forma terrae, non, ſicut in ſanguinea et melancholica temperie, coagmentari et ſecerni in teſticulis poteſt. Alcali vero, iam praedominans in cholerica temperatione, largius in teſticulis poteſt ſeparari. Exinde fluidius manet ſemen, neque coacervatur. Igitur exorta vehementi cupiditate, ſi multi ſpiritus animales per neruos ad arterias ablegantur ſeminales, hi vtpote acido-ſulphurei in alcalico ſpermate, fermentationem et efferueſcendi impe-

tum excitant. Semen inde turgidum vaſa fibrasque expandit, et ad contractionem, ſuique excretionem ſtimulat. Quare noſtri homines ſine vehementi appetitione animi caſtiſſimi ſunt, nec mole, nec multitudine ſeminis excretionem poſcente, ea autem abrepti, pro ſalaciſſimis merito habentur, quoniam tunc ab affluentia ſpirituum animalium efferueſcit ſemen.

§. 45.

Omnium autem affluentiſſima ſecretio videtur tranſpiratio inſenſibilis, quae facillimo negotio tranſit in ſudorem. Namque partes aquoſae ſanguinis per calorem, per motum vehementem cordis, arteriarumque, per conſtrictionem muſculorum, per copioſe admiſſum ſpiritum, ſubtiles, fluidae, et aptae efficiuntur, quae per minima cutis vaſa tranſpirent. Praeter haec etiam et ſpirituoſas, et alias ſalino-ſulphureo-terreas partes ſecum trahunt. Hae partes ſolidae ſanguinis ſimul per poros ſiue ſpiramenta corporis penetrantes, eius ſunt conditionis, vt, cum ſalino ſulphureum principium olfactum moueat, graueolentem reddant huius generis ſudorem. Quamobrem

obrem cholericorum ſudor, ſingulariter eorum, quibus aliqua cum hircis intercedit ſimilitudo, non leuiter naribus incommodo eſt: caeterorum autem, quorum ſudor non aeque grauem exhalat ſpiritum, cutis, licet munditiei ſint ſtudioſiſſimi, quotidie tamen nouis ſordibus et pingui muco ſqualet, vt repetita opus ſit repurgatione. Quas qui demere cupit ſordes, rem aqua mera non poteſt perficere, vt melancholici corpus permittit, ſed ſaponem adhibeat neceſſe eſt, quo fiat, vt aqua permiſcenda efficiantur inquinamenta.

§. 46.

Synouia liquor iſte ex aquoſo, ſpirituoſo ac terreſtri, ſiue mucilaginoſo conſtans principio, articulis inſeruiens humectandis, ne oſſa mutuo ſe conterant cum ſummo dolore, item parcior eſt et vix idonea, quae agillimis cholericorum motibus conſeruandis tuendisque ſufficiat. Quod in cauſſa eſt, cur cholerici non facile vnum idemque genus motuum diutius ferant: nam ſi facerent hoc, ſequeretur ſtatim ſumma et doloris plena laſſitudo, oſſibus ob ſynouiae conſumtionem inuicem vehementer attritis.

§. 47.

Adipis hac in temperie ſecretio non niſi varia eſt pro regiminis vitae diuerſitate. Si enim noſter in victu parcior ſit, omnemque vitam ad ſanitatis regulas probe exigat, animum inprimis a curis vacuum, corpusque labore exercitum habeat, omnium erit gracillimus. Neque etiam haec gracilitas facile pellitur et immutatur, quamquam cibis vtatur lautioribus, ſi videlicet aerumnoſo laborioſoque vitae genere corpus fatigare pergat; ſin vero optimis alimentis adiungatur quies tunc ii prae aliis huius nationis, quibus facies leonis, aquilae, vel draconis tribuitur, pingueſcunt valde. Qua in re mirandum eſt, obeſitatem corporis nec vires illorum frangere, nec agilitatem impedire, ſi moles etiam corporis duplo augeatur in membris omnibus. ſed, quibus hirci, galliue tribuitur facies, hi nunquam pingueſcunt, niſi a venere penitus, vel conſulto, vel euirati abſtineant.

§. 48.

Venimus ad nutritionem corporis, quae quidem hic tam exuberans eſt atque tam ſubtilis, quam in nulla alia humo-

rum

rum mixtione. Abſoluitur autem reſolutis partibus ſanguinis ſulphureis ſiue ſpirituoſis, quibuscum terrenae, in ſubtiliſſimum diuiſae, tam bene ſunt coniunctae, vt vnum corpus conſtituant. Abundant etenim hac in craſi maximopere partes ſpirituoſae; terrenae autem iam ita diuiſae, et a ſe inuicem disiunctae ſunt, vt admixtis ſpirituoſis ſtatim illis iungi, et ſic globulos, nutritioni inſervientes, efformare poſſint, qui fibrarum interuallis adhaereſcant et ibi agglutinentur. Itaque corpus cholericum, non niſi terrenis admodum ſubtilibus et per ſpiritum multo magis ad leuitatem redactis partibus nutritum, exinde etiam ſubtile redditur; fibrae fiunt agiles, elaſticae, ſubtiles, quantumuis ſolidae; vaſa cito vehementerque ſe contrahentia; oſſa redduntur ſolida, et id genus alia. Quam vero nutritionem diximus vberem et copioſam, ea ſummae neceſſitatis eſt, eam ob cauſſam, quod illud, quod adhaeſit in fibrarum interſtitiis, facile perit ac diſſipatur, vt nouo opus ſit additamento; tum praecipue, cum corpus fuerit laborum vehementia grauiter attenuatum. Quae perpetua mutatio materiae adhaerentis, qua corpus nutriri ſolet, tam cre-

bro contingit, vt vero sit simile, cholericum quinque annorum spatio vix vllam eorum retinere particulam, e quibus antea compositum fuerit corpus; sed elapso hoc temporis interuallo nouum plane hominem extitisse. Quo fieri etiam solet, vt vulnerum curatio et fractorum membrorum restauratio multo celerius contingat, quam in alius generis hominibus.

§. 49.

Ex hac humorum, qui vasis coërcentur, temperie, viscera et reliquae partes solidae corporis, variam nanciscuntur nutritionem, incrementum, formam, soliditatem. Cerebrum antecellit magnitudine id, quod cranio phlegmatici vel sanguinei continetur, et maior inprimis cerebelli moles est. Cuius rei caussam sic habeto: sanguis cholericorum spirituosus magna, non modo multitudine, verum etiam vi in arterias capitis ruit, quae carotides et vertebrales dicuntur, vt inflatae expandantur: cerebrum autem consistit ex vasis, partim sanguinem, partim liquorem inde secretum vehentibus. Itaque totum expanditur, dilataturque. Aperiuntur fibrarum interstitia, quibus aptae alimento particulae adhaerent, adeoque

adeoque illud expanſum retinent. Porro ſolidum eſt cerebrum, nec ita aquoſum, aut tenue, vt facile diffluat, quod a ſpirituoſo, non autem aquoſo ſanguine ſua capit incrementa. Neruorum etiam principia neutiquam ſunt mollia, verum ſolida, dura et, quanquam exilia, firme tamen cohaerentia. Cumprimis maior eſt corticalis ſubſtantiae copia, quam medullaris, ſi ambae inter ſe contendantur. Quare plures per illam ſecernuntur ſpiritus, quam qui per neruos diſtribuantur; quae quidem eſt ratio perpetuae agilitatis in corpore conſpicuae. Praeterea omnes minutae cerebri diuiſiones accuratiſſime diſtinguuntur, vaſis ornatae ſanguiferis, quae reliquis in temperamentis multum confuſae reperiuntur. Ipſum cerebrum iuſte implet vniuerſum cranii cauum, nec ſpatium ſingulare ſupereſt, nec inter meninges, nec inter eas et oſſium compagem. Quamobrem coërcetur oſſibus cerebrum, ne moles eius excreſcat, vaſis ſuis ſemper ſanguine turgeſcentibus.

§. 50.

Cor paruum quidem, rotundiori figurae proximum, at durum eſt, robuſtis

 vali-

validisue fibris contextum. Qua in re nostri similes sunt animantibus caeteris, quibus a natura praecellens fortitudo, magnusque animus est tributus. Fibrae musculares durae atque elasticae magnam non ferunt expansionem; ac paululum distentae nituntur eo, vt se violente contrahant. Hac igitur fibrarum firmitate dilatationi repugnante, cauitates cordis haud nimium dilatantur et nutriuntur ita, vt semper angustiores maneant. Quapropter et arteriarum agitatio, quam vocamus pulsum, quamuis velox atque valida sit, non tamen vnquam ad magnitudinem viresque vel sanguinei vel melancholici potest assurgere. Tandem hoc in corde memorabile est, et obseruatione dignum, quod hic musculus maxime, vti ventriculi contexti sunt, adipe non careat; cum alias nostri sint gracillimi et pinguedinis expertes. Haec autem cordis pinguedo seruit lubricandis fibris, ne forte, ob celerem, validumque motum aridiores factae, penitus exsiccentur.

§. 51.

Reliqua vasa, sanguinem ferentia, satis quidem cernuntur capacia, et post mortem cessante vi vitali ampliora vasis phleg-

ma-

maticorum et ſanguineorum: tanta autem vi ſeſe contrahendi pollent in corpore viuo, vt dilatationis nimiae impatientes fortiter ſe conſtringant, quo efficitur, vt anguſtiora videantur, tactuque dura iudicentur.

§. 52.

Pulmones magni ſunt, cor ſingulari modo circumdantes, et omne ſpatium inter coſtas ac diaphragma interiectum replent. Habent etiam, quod amplum pectus eſt, ſpatii ſatis quod impleant; ſanguis perpetuis ebullitionibus efferueſcens, aërque in illo verſans expanſus, refrigerio et condenſatione, hinc aëre frigido et profunda inſpiratione opus habet, vt hic aër ſanguinem, per pulmones circulum continuantem, attingere, caloremque in ſe recipere poſſit. Igitur pulmones expanduntur a ſanguine non minus, quam ab aëre, et in hoc ſtatu nutriuntur, ita, vt amplae maneant eorum veſiculae.

§. 53.

Hepar, ſi referatur ad reliquas partes, grande eſt et proportionem fere excedens, eo, quod abundant in cholerico ſanguine partes alcalicae et ſulphureae,

 quae

quae faciunt ad bilis ſecretionem. Atque hae per ſingularem grauitatem a ramis venae portae ad hepar referuntur, vbi ſub radices eiusdem per totam hepatis ſubſtantiam, quam propemodum conſtituunt, diſſeminatas, ramis arteriarum, neruorum, vaſorumque biliariorum parum ad hepatis magnitudinem conferentibus, expandunt et amplificant, ita vt vaſa ſic dilatata nutriantur, maneantque expanſa. Sic et fellea veſicula multo eſt capacior, quam quidem in reliquis temperamentis.

§. 54.

Lien, ab hepatis magnitudine alienus, non niſi mediocris eſt. At cum hypochondriacis cholerici afficiuntur motibus, et impedita eſt ſanguinis via per radices venae portae, qualibet cauſſa, tunc eius vaſa inflantur, ac nigro ſanguine redduntur turgida. Pancreas exile eſt, cum deficiente acore ſanguinis, non adeo multo ſanguine dilatentur vaſa pancreatica.

§. 55.

Ventriculus et inteſtina, ſi reſpicias ad capacitatem, mediocritatem ſeruant; attamen fibris, ſat validis firmisque circumtexta,

texta, magna vi possunt agere in ea, quae continent. Perficiunt cito coniunctionem, nouosque cibos poscunt, menstruis actiuis solutionem cibi mirifice adiuuantibus.

§. 56.

Renes figura et magnitudine non praestant, calida autem temperie sunt praediti. Huc enim delati humores sunt acres et sulphurei, pluribus aquosis partibus per cutem transpirantibus. E quibus aquosum quod adhuc inest, separatur, in vesica colligendum residuum in maioribus renum vasis, agens pro siccitate sua, potest singularem excitare calorem.

§. 57.

Vrinaria vesica raro ita expanditur, prouti ferre posset eius capacitas: imo vrinae acrimonia neruos vesicae, fibrasque validas, vt contrahantur, emittantque lotium, exstimulat. Hanc ob rem non nisi modice ampla est. Pari modo vesiculae seminales non multum seminis capere possunt, quoniam illud nec terreum est, nec nimis accumulatum.

§. 58.

Glandulosae partes in vniuersum per omne corpus singulariter disseminatae,

minores

minores ſunt illis, quas corpora phlegmaticorum ſanguineorumque habent; nam glandulae diſtenduntur a ſero, quod per terram admixtam magis glutinoſum fit.

§. 59.

Muſculi cholericorum ſunt ſolidi et pingues, non minus quam ſubtiles, atque ſua pinguedine, quamuis non nimia, ita inter ſe inuicem diſtincti, vt facile poſſint ſeparari. Tendinibus roborantur firmis, longisque magis, quam in aliis temperamentis. Prae aliis muſculi capitis, colli, oculorum, linguae, ſoliditate atque ſubtilitate ſuperant reliquos. Ex quo intelligitur, quare difficillime quieſcant hae partes cholericorum.

§. 60.

Oſſa tandem, quibus tota corporis machina innititur, magnam habent cum ſoliditate firmitatem duritiemque. Alba ſuper haec, et laeuore quaſi perpolita ſunt, vt candore videantur ipſum ebur vincere; ſicut mihi, ſceleton ex homine, leoninam faciem prae ſe ferente praeparanti, oculis licuit vſurpare. Etenim quod nutritio in hoc genere, interuentu terrae, ſubtiliſſime reſo-

resolutae, et per spiritum ad cohaesionem aptatae, peragitur; igitur et ossa, quorum natura, maximam partem terrena, est subtilissime praeparata, hac quidem terra aluntur. Atque haec ossa sunt quidem melancholicorum ossibus minora; maiora tamen illis phlegmaticorum, sanguineorumque, et, cauum continens medullam, pariter angustum est, ac parum eiusdem asseruat. Qua in re imitantur leonum ossa, quae licet solidissima sint, medullae tamen penuria laborant, auctoribus iis, qui naturalem persecuti sunt historiam. Maxime faciei ossa perquam polita sunt, ita vt, aëri exposita, nec eius iniuriam, neque ex carie inaequalitatem patiantur. Quod si igitur in coemeterio alba demortuorum crania miramur, sciamus certo, esse ea cholericorum. Accedit, quod in horum ossibus, cumprimis autem faciei, omnes sinus, omnesque lineae ita expressae sunt, vt non difficulter inde videas, quare motus animi omnes, illico ex ore cholerici eluceant, etiamsi singulis fere momentis varient; ossibus nimirum basin veluti ac fundamentum statuentibus, cui totius corporis, adeoque et faciei forma inaedificata sit.

§. 61.

§. 61.

Abſolutis illis, quae de humoribus internaque corporis ſtructura dici poſſe videbantur, pergamus ad externam, quae in oculos incurrit, figuram. Hic attendat mihi aliquis accurate, vt planum fiat, quae forma non fallens prodat cholericum. Diuerſae enim proſtant machinae, hoc nomine inſignitae, diuerſis vero modis figuratae. E quibus eſt perſpicuum fore, vt infinita occurrant cholericae indolis genera: ſi vellemus ad omnes homines, aliquid illius nactos, extendere, quae nobis pertractanda ſumſerimus. At animus eſt de cholerica temperie pura, nec aliis commixta, ſibique ſemper ſimili et conſtanti verba facere: cui rei cognoſcendae putamus ſuffecturum hunc noſtrum commentariolum. Ne igitur quis mihi vitio vertat quaeſo, ſi hac in re, vt facilius expeditiusque verſer, certas deligam imagines, quibus alias quoque ſolemus vti, vt ingenio ſuccurramus, certum quid accuratumque poſcenti. Erunt autem imagines iſtae e regno animali deſumtae, quatenus nempe animalis homo cum ceteris animalibus, ratione carentibus, non paruam formae ac proprietatum communionem videtur habere, de quo

iam

iam ſupra ſatis eſt expoſitum. Facta igitur alia eſto! reque accuratius penſitata, ſeligamus hoc animo primum e feris *leonem*, e domeſticis *hircum*, ex alitibus *aquilam* et *gallum*, et e reptilibus denique *draconem*. Hi fere erunt, quibus poſſit aſſimilari cholericorum hominum externus corporis habitus, agendique modus. Alia non huc feciſſent animantia e brutorum genere, quia ſunt magis compoſita, nec ſibi ſemper conſtantia, nec eadem ſanitate, iisdemque paſſionibus a natura donata. Praeterea non poſſunt eodem regimine modoue tractari. Ita vero *quinque* genera tam accurate inter ſe conſpirant et in vniuerſum conveniunt, vt non niſi iis, quae ſtructura corporis affert, mutatis, easdem ſemper in operando regulas ſequantur, eodem vitae genere indeſinenter vtantur, iisdemque perpetuo affectionibus ſint obnoxii, vt, principem inter cetera genera locum tenere, iure meritoque dici poſſint.

§. 62.

Hominem non rectius, quam animalium imperatorem appelles, et inter eos, qui rempublicam conſtituunt, cholericus maxime is eſt, qui non modo cum aliis,

de

de principatu facile contendat, ſed eum quoque non difficulter obtinere ſciat. Non igitur opinor, praeter rem factum eſſe, quod eum cum animalibus, quinque per naturae ſuae conſtantiam primo loco ponendis, comparandum ſumam, mihique perſuaſum habeo, non fore, vt vsquam gentium cholericus inueniatur purus, ſiue ſimpliciter talis, qui non exacte conueniat cum vno ex iſtis, cuius geſtet exterius quoque ſimilitudinem. Dixerit quis fortaſſe, occurrere qui diſcrepent ab his claſſibus, ipſa experientia teſte ac magiſtra; at is reſponſum ſibi habeat; huiusmodi homines neutiquam ad cholericos puros referri debere, ſed ad mixtum aliquod genus, contagionem quandam ab humorum temperatione, vel ſanguinea, vel melancholica trahens.

§. 63.

Hic ante omnia praeſandum atque monendum duxi, mei non eſſe conſilii, hoc loco diligenter inueſtigare rationem et modum, quibus fiat, vt, ex hominibus nati, poſſint hanc habere cum beſtiarum corpore ſimilitudinem. Nec vlterius lubet proſequi eas meditationes, quibus res propoſita vero fiat ſimillima. Hoc

tantum

tantum pono, praeesse iam cunctorum animalium gignendorum semina et prima veluti corporis filamenta, quibus figura animalis in genere orituri contineatur, paullatim magis euoluenda. Tum velim aliquantisper mihi dari, seminia haec vna cum aëre et alimentis misceri humoribus animantium; illata porro in testiculis secerni et innatare semini, cuius liquore nutriantur, vt crescant; et, mutata aliquo pacto propter hoc ipsum nutrimentum figura, cogantur ad formam eius corporis, in cuius officina magis elaboranda nutriantur. Quae si ad certum peruenerint vigorem maturitatemque, orto veneris aestu, expelli ac peruenire ad ouulum maternum: ibi de nouo nutriri et exinde, quantum ad figuram iterum, quamuis paullo debilius, inmutari, vt illa magis ad matris imaginem accommodetur, et auctis incrementis fiat expressior; contra si transiisset hoc ipsum primum stamen ad aliarum bestiarum locos genitales, eadem, quae dicta est, ratione, ab eorum humoribus nutritum immutatumque in propriam istius bestiae formam versum fuisset. Idque eo magis, quo maior fortiorque est brutorum animantium vis generandi illa hominum, cum videantur bestiae ad sui similis

milis productionem vnice viuere, adeoque omnes earum ſpiritus ad generationis actum applicentur, in quem ruant inſtinctu quodam inſuperabili. At homo contra, quo magis ſpirituum ope vertatur ad ſuperiora atque coeleſtia, eo minus, et fere non niſi ex obliquo, quid quod? cum aliqua veluti repugnantia taedioque ad venerem fertur.

§. 64.

Sed tantum abeſt, vt hanc opinabilem ſententiam, contra quasuis dubitationes munitam, plane confirmem, omnibusque perſuadeam, vt potius ad experientiae perfugium me recipiam, putemque ſufficere, in praeſens poſſe, ſi repetamus firmeque teneamus animo ſuperius poſita, nempe machinam corporis humani a machinis brutorum animantium parum differre, non modo quantum ad partes, vel externas, vel internas, verum etiam ſecundum actiones machinae tuendae conſeruandaeque plane neceſſarias, hominumque adeo exteriorem formam, ſiue imaginem ad genera ratione carentium quodammodo accedere. Qua in re enucleanda verſamur ita, vt, hoc loco cholericum deſcripturi, cenſeamus talem non reperiri, qui non

ma-

magnam prae ſe ferat vel cum *leone*, vel cum *hirco*, vel cum *aquila gallone*, ac tandem cum *dracone* ſimilitudinem. Poſſumus quidem caeteris quoque temperamentis et puris quidem ſua tribuere prototypa, ac velut exemplaria beſtiarum, quae ſequantur et in ſtructura corporis, et in propenſionibus animi; quae vero non ſunt huius loci. Praelibamus igitur hoc tantum, iſtos, qui compoſito vtantur temperamento, ſequi etiam duarum triumue beſtiarum formas atque naturas.

§. 65.

Sed hoc tamen etiam fundamenti loco praeſtruendum exiſtimo, eſſe quasdam regulas, cautionesque probe tunc obſeruandas, cum libuerit ab humano vultu formaque corporis ad brutorum habitum externum internumue inſtituere comparationem. Ante omnia imaginemur nobis, brutum genus erecto corpore incedere; ſeparemus cogitatione faciem pilis, pennis, criſtis obſitam, cutemque ſubſtituamus albam laeuem glabram: aures ad humanam formam flexas: naſum ita comparatum, vt maneat quidem longitudo ad perpendiculum deſcendens, reducatur vero, et qua-

ſi reprimatur, pars eius nimium protenſa: maxillae ad oris humani figuram reformentur, pro vnguibus ponamus digitos, caudam ad coccygis os reductam ablegemus, totumque corpus reliquum, quoad eius fieri poteſt, pilis plumisque vacuum oculis animoque ſiſtamus, et contendam quouis pignore, his probe obſeruatis, e quauis beſtia formam prodire humanam, illa tamen aemulam beſtiae. Quod vero nolumus in hoc libello phyſionomiae humanae praecepta tradere, ſed ſcribere duntaxat de cholericorum natura, manum de tabula tollendam, vlteriorique huius disquiſitionis opera ſuperſedendum eſſe arbitramur, vt cum neoptolemo paucis philoſophemur.

§. 66.

Noſtra igitur ſententia *cholericae naturae homo* ſub quintuplici nobis ob oculos ponendus erit imagine; quatenus videlicet: *leonem, hircum, aquilam, gallum, draconemque* ad humanam formam accommodatum oſtendat ac prae ſe ferat. Propterea noſtrae adumbrationis primordia erunt ab eo capienda „*qui putatur, ad leonis imaginem figuratus.* Isque principatum iure tenet, non modo, quod leonem

nem pro ferarum rege habent omnes, sed quod etiam huiusmodi corporis structura affabre sit eleganterque facta; animique generosa elatio facile caeteros sui generis homines vincat. Nunc itaque eius vultum spectaturi cum partibus externis, videbimus tale corpus hac forma figuraque indutum: „Statura paullulum supra mediocritatem attollitur, omnesue artus membrorumque partes ordine elegantissimo proportioneque accuratissima sese commendant; ita tamen, vt caput grandiusculum, pectus vero latissimum videatur. Est quidem caput, habito ad ossa respectu, tantum mediocre, multa autem carne distentum grandius apparet, magis ad rotundam, quadratamue figuram, quam ad oblongam referendum. Tectum vestitumque est capillis coloris flaui, vel castanei in nigredinem transeuntis; multi sunt illi et in extremo crispati, fronti imminentes, fuscique per omnem ceruicem. Frons quadrata est magnitudinis mediae, et capiti conformis; saepe tristis ac nubila, inprimis apud senescentes aut iratos. Supercilia in arcum flexa adspectu placent: cilia multa sunt et subtilia. Ex oculis singulare quid elucet capiens alios atque delectans, quamquam possit monstrari facilius, quam verbis ex-

 plicari

plicari. Sunt enim non improbius magni, quamuis magni videantur: hac de caussa, quod angulus externus iusto grandior est et album oculi reuelat. Album hoc nitidum est, aliquantum ad flauedinem inflexum, quae tamen tantum abest, vt imminuat nitorem: vt potius eundem miris modis acuat: carnosus est oculus et fului propemodum coloris, interdum plus, minusve nigri, tranquillo et mansueto animo oculi manent in statu, iucunde radiantes; sin vero leonini homines irae succumbunt, repente oculos leuant et superius hinc inde voluunt fulgentes ac inflammatos, siccos itidem et biliosos; cum tristitia percelluntur, humidi apparent et languidi; cum sperant, vel timent, incerti, micantes: ita, vt ex oculis istorum vnaquaeque animi mutatio disci colligique possit, idque eo luculentius, quo magis appropinquet illud, quod animi motum excitat. Nasum gerunt mediocrem, obtusum, rotundum in extremo, naribus patulis instructum: aures modicas, pilosas, a capite remotiores, os, mediocre visum, reipsa magnum est, vt eius dilatatio manifestat: labia sunt mollia, subtilia, pulchra rubedine tincta, laxa in medio ac demissa; adeo vt superius ad coniunctionem cum inferiori quasi descen-

dere

dere videatur. Dentes nitidiſſimi robore pollent, mentum iuſtae magnitudinis barbam habet tenuem, fuluo colori proximam; facies generatim quidem oſſibus eſt exſtructa inſignibus, tamen haud eminentibus, ſed carne et adipe ſic refertis, vt carnoſa magis, quam oſſea videatur facies, quae, licet omne reliquum corpus gracillimum ſit, florida tamen vegetaque eſt, formaeque elegantia ſeſe commendat. Color eius flauedini quidem vicinus, multum tamen ab albo et rubro ſanguinis ita temperatus eſt, vt eniteat: lingua longior magisque lata et craſſa, quam mediocris dicenda, nihilo tamen minus modum excedit.

§. 67.

„Collum non quidem protenditur, neque tamen breuitatis accuſari poteſt, carnoſum muſculoſum, ceruici nexum, pilis tectum duriusque. Larynx magna carne propemodum tota circumdatur. Pectus, tanquam leoninae virtutis primaria ſedes, amplum eſt, compactum, robuſtum; magis tamen ab anteriori parte et ad latera eleuatum, quam longum et verſus abdomen protenſum, ſterno lato munitum, perinde carnoſum et muſculoſum; ſcrobiculus cordis

profundus eſt; coſtae latae, nullumque ferme interſtitium admittentes. Humeri magnitudine excellunt, affabre facti, robuſti, carnoſi, brachia carne plena; rotunda, fortia; cubitus neruoſus; manus ad tactum molles, carnoſae; digiti mediocres, ſed carnoſi, teretes, et belle fabricati; vngues duri, ex albo per flauum rubri, rotundi, recurui. Abdomen, quam diu adhuc regnat iuuenilis gracilitas, reſtrictum eſt, ſi referatur ad pectus, paruum, rotundumque. Dorſum amplum, optime dimenſum. Ilia reperiuntur bene diſtincta, lumbi carne multa induti, pecten aliquantum fuluis pilis tectum, anchae non nimis prominent, genitalia externa ſunt mediocria; crura carnoſa, neruoſa, robuſta; ſurae iuſtae magnitudinis; talus neruoſus eſt, articulatusque: pedes magni ſunt, articulati, ad plantam concaui, digiti pedum rotundi, vnguibus validis, durisque muniti. „

§. 68.

Peruenimus ad *cholericum*, qui *forma hircina* conſpicuus incedit, cuius quidem ſtaturam variam deprehendimus. „Sunt enim huius generis, qui non attingant, perinde ac hircorum quoque varia eſt magni-

tudo;

tudo; sed omnes graciles sunt, nec facile videbimus obesos, nisi virtute generandi aut priuati sint, aut illam dedita opera negligant. Quod reliquum est, totum corpus eleganti satis partium inter se concentu nexum est; nec facile aliud est, quod exaedificatum videatur diligentius. Color corporis vulgo est flauus; modo magis ad albedinem, modo magis ad nigredinem procliuis, quibus et hircos coloribus distinctos esse constat. Ita et color capillorum, quibus abundare solent, et qui longi sunt ac subtiles, ex flauedine in rubicundum, fuluum, nigrumue transit. Facies figuram habet triangularem magis, quam rotundam, aut quadratam; videturque parua, quod non tam carnosa est, tantisque ossibus firmata, quam quidem leonina, frons etiam nec multum lata, nec quadrata est, cum pili profundius e caluaria in faciem descendant, quae solet facile rugis exarari. Supercilia vna cum ciliis multis quidem sed subtilibus, bonoque ordine collocatis, circumuestita sunt pilis: oculi mediocritatem tenent, nec nimis patent; quorum quidem album aspectu pulchrum, nec tamen nitidum, flauoque colore est infuscatum. Iris et pupilla diuersimode coloratae ad glaucum videntur potissimum refe-

 ren-

rendae. Oculorum intuitus inconstans est, iique semper laeti, renidentes, hilares; si vero subiratus sit homo, inflammati, scintillantesque. Caeterum mobilitate agitantur, facile nictantes et rem visui obiectam mutantes, etiamsi id, quod aspiciunt, recta soleant intueri. Nasus mediae est magnitudinis, vel rectus, vel qarum ad frontem incuruatus; medius etiam inter acutam obtusamque formam. Os modicum labiis circumseptum conspicitur mollibus, rubentibus, antrorsum proiectis, ad maxillam pressis: dentes parui ordine iusto ponuntur. Mentum acutam plus, quam rotundam imitatur figuram, ad cuius apicem grandis barba exsurgit. Collum gracile et aliquo saltem modo carnosum dorso insidet: pectus pulchre structum, abdomenque castigatum, neque carnosum, neque gracile nimis animaduertitur. Nec minus humeri, brachia, lacerti, manus, caeteraeque partes eam seruant inter se harmoniam, proportionemque, vt in regulas anthropometriae nihil peccent."

§. 69.

Transimus ad fabricam corporis *cholerici*, cui cum *aquilis* intercedit communio;

nio; „cuius ſtatura communiter plus quam mediocris eſt: color albus plurimum et cum nigrore coniunctus: ſinciput non minus quam occiput prominet, ſed compreſſa ſunt tempora. Capilli vel albicantes, vel nigricantes copioſe caput ornant, elegantes ſunt et recti. Frons aeque lata ac longa prominet in partem anteriorem. Superciliorum tenuitas concinno ordine diſpoſita eſt, ita vt ſemicirculum deſcribat, ad radicem naſi deſinentem. Palpebrae multas in rugas contrahuntur, et magnitudine praeſtant. Homine profundis meditationibus intento, dimidiam oculi partem videntur vltro claudere: imo poteſt aliquid rugoſarum palpebrarum conſpici oculis etiam apertis, quod quidem ſignum, vt aiunt, characteriſticum eſt volucrum omnis generis. Oculorum pulchritudo extolli ſatis non poteſt: radiant albo copioſo, ſingulariter ad angulum externum nitentes, fulgentesque. Pupillam habent exiguam, colore glauco non alieno ab igneo, lucem fundentem, resque extra ſe poſitas fixa acie contuentem. Auriculis noſtri vtuntur exilibus, rotundis, temporibus affixis. Naſus eſt ille omnium temporum voce celebratus, magnisque conſilio et prudentia hominibus ſemper tributus,

quem

quem vocant *aquilinum;* quo Iulium Caesarem; Galbam; Conſtantinum M. Carolum M. Franciſcum I. Galliarum regem, aliosque ſummos viros inſignes fuiſſe perhibent. Eſt vero eiusmodi naſus non ingens modo et carnoſus, ſed etiam a fronte ita incuruatus, vt adunco apice finiatur, naribus conſpiciendus eleuatis, patulis, multoque pilo obſitis. Genae ad maxillas preſſae; os paruum, dentes parui, attamen firmi; labia tenuia, ſubtilia, pallida, dura; mentum oblongum in fine acutum; barba tenuior, et plerumque albicans, pertinent ad hoc genus cholericorum. Nec ab aquilis abhorret facies, quippe quae macra cernitur, oſſibus magis minusue prominentibus, pallida, terrena. Collum excedit mediocrem magnitudinem, gracilitatis conſpicuae, longiusque extenſum. Eminent clauiculae cum acromio; pectus autem retractum quaſi, compactum, carne ſolidum eſt, ſterno ſi non magno, duriore tamen obtectum. Mammas habet paruas, profundius collocatas, atque propinquiores ventri contracto, et veluti reducto: humeri oſtentantur breues, graciles, magnae neruoſitatis, videnturque antrorſum preſſi. Dorſum hic videas leniter incuruatum; brachia breuia; lacertos longiores; muſculoſos,

losos, neruosos, quantumuis graciles; manus curtas, duras; digitos acutos, duriusculos; vnguibus munitos recuruis: coxas compressas, parumque extantes; pecten pilis ferme destitutum, vel tenuibus duntaxat sparsum; genitalia externa minora, minutosque testiculos. Crura tandem cum pedibus tam pulchre sunt formata, vt nihil supra sit; carnosa enim sunt, et suris teretibus exornata, licet non perdant gracilitatem sibi propriam. Accedunt vngues digitorum in pede duri, aquilarum ritu, et adunci.„

§. 70.

Vt pergamus in proposito, describimus nunc quidem *corporis habitum*, quo conspicitur homo ad *galli* normam exactus. „Statura raro pertingit ad mediocritatem; color vniuersi corporis ex albo transit in flauum, vel etiam rubrum, qualis caussa facile mutandum. Caput et quidem occiput grandius est, si comparetur cum reliquo corpore, et more aquilini, e quo iam actum est, et ab anteriori parte prominet, et a postica ad latera compressum: capillos gerit coloris multiplicii, flaui, rubeiue: fului nonnunquam vel

vel nigri, neque nimis abundantes. Frons iustae magnitudinis non multum distincta, et rubra, vel per naturam, vel per leuem spirituum motum. Quo etiam tumescit, et rubris interdum tuberculis est obsita, quae cristas referunt. Nasus est satis magnus, carnosus, in medio eminens et incuruatus, non raro etiam, si feruitus adsit sanguis, tuberculis consperfus et rubens. Superciliis oculus instructus est tenuibus, palpebris rugosis et magnis. Ipsi oculi mediae magnitudinis laeti sunt et rutilantes; vario colore infecti; qui modo caesio finitimus est, modo etiam fuluo. Album pluribus venis minutis est distinctum, ab exiguo spirituum motu facile inflammandum: aures paruae sunt ac rotundae; ori paruo talis etiam lingua inest, simul vero summe mobilis, acuta et rubens. Dentes non magni subtilitatem, duritiem, pulchramque formam habent. Labia firme maxillis adhaerent, minora quoque, et aut pallida, aut eximio rubore tincta. Mentum, in acutum desinens, concauum est, barba rara subtili et diuersi colori ornatum. Collum gracile ante prominet, fortibus et subtilibus musculis, grandibusque vasis distinctum: pectus carne constipatum, mammisque propemodum carens, magnum

magnum quidem est, sed secundum collum restrictius, ac prope abdomen latius. Costae cernuntur hic exiliores rotundaeque: humeri compressi ad partes anteriores propensi: curta brachia, curti lacerti; manus autem longiores digitos gestant mediocres, quorum extrema in acutum flectuntur, vnguibusque muniuntur rotundis. Abdomen inuenies tenue ac succinctum; coxas exiguas, genitalia, testiculos, omnia minuta. Femora e contrario carne ac robore praecellunt, cum crura tibias habeant graciliores ac sicciores; itemque suras modicas tantum, innixas pedi eleganter formato, vbi talus prostat acute, digitique longiores tam duri sunt, quam acuminati.,,

§. 71.

Quod tandem *draconis* faciem formamque attinet, ea omnium est rarissima. Mihi quidem non nisi bis eam animaduertere datum est, etiamsi prius recensitae occurrant frequentiores. ,,Statura corporis non multum transgredit mediocrem. Color corporis ex albo per fulum ad nigredinem declinat. Caput praegrande capillis obumbratur curtis, rigidis, rectisque. Frons lata et fere qua-

drata,

drata, in ambobus a me viſis, erat tuberculis grandibus, rubentibusque, veluti quadam corona cincta, fortaſſe draconum criſtas imitatura. Ingentes oculi, fuluique, firmus fixusque intuitus, neſcio, quam grauitatis, prudentiae, iuſtitiaeque ſpeciem oſtentans. At, vbi mentis oritur commotio, oculi ſuperius verſi, et ad latera motitati tantopere fulgurant, ignesque ſpargunt, vt vix inueniatur, qui hunc obtutum ſaeuum firmis oculis adſpicere, ferreque diutius poſſit. Naſus magnitudinis mediae carnoſus eſt; labia, mentumue modum non excedunt, raritate barbae inſignia. Magnum os dentibus eſt grandibus ac validiſſimis inſtructum, quos non ad regulam poſitos mihi viſus ſum obſeruare. Lingua ſe prodit acutam, ruſſam, aeſtuantem; collum carnoſum; pectus magnum, robuſtum, antrorſum prominens: abdomen verſus pectен turgidum, ad hypochondria preſſius. Brachia draconis aemuli habent parva, verum robuſta, craſſa, carnoſa, rotunda, quemadmodum etiam videmus in pedibus; manibus vtuntur ſimiliter brevioribus, craſſis, neruoſis, quibus adſunt vngues validi et redunci, digitis et manuum et pedum paruis annexi. Caeterum

ſi man

ſi manſueti ſunt ac tranquilli, vultum profecto habent digniſſimum, qui colatur et ametur: ſi vero iraſcuntur, tam truces videntur, et prorſus immanes, vt omnibus corporis partibus, ſingulatim oculis exardescentibus, vix humanae quippiam figurae in efferatis iſtis remanſiſſe videatur.,,

§. 72.

Ergo ex his, quae diſputata ſunt atque in medium allata, apparet ſatis clare, varia eſſe cholericorum genera et, quamvis vna ſit eademque proportio partium, maſſam ſanguineam conſtituentium, externam nihilo minus figuram diuerſiſſimam eſſe poſſe. Verum ſufficiet, opinor, ad *quinque* potiſſimum *claſſes* reuocaſſe *cholericos*, qui tanquam proprium hoc ſibi poſſint nomen vindicare. Quamobrem inducor, vt credam, cholericum proprie talem non inuentum iri, quin poſſit ad haec noſtra quinque genera referri. Nunc vero nobis hoc datum eſſe negotii probe intelligimus, vt abunde declaremus, qua ratione cholerici ſoleant inſtituere actiones tam naturales, quam vitales, vna cum animalibus. Itaque de

eo videbimus. — Primum autem inter actiones naturales, quae ſolent ad ipſius machinae conſeruationem facere, locum obtinet merito ciborum appetentia, eaque ſane diuerſa, pro diuerſa noſtrorum indole, ſupra expoſita. Etenim, qui *leonina* prodeunt facie, famem diu ferre ad eum modum nequeunt, vt videantur potius voraces dicendi, idque tum inprimis, cum edendi cupiditati frena laxarunt, et magnae alimentorum copiae ſumendae iam aſſueuerunt. In cauſſa ſunt menſtrua, quibus affluunt acria, bilioſa et ſpirituoſa. His enim efficitur, vt male ſe habeant, et impenſe turbentur, niſi promtiſſime ſatis fami fiat. Carnes affectant, quae a feris proficiſcuntur, pinguedine delectantur, vegetabilia contemnunt, aeſtiuos fructus frigidos quidem et ſubacidos appetunt. Guſtu pollent plane ſingulari. Hinc eſt, vt iucundis, laute compoſitis, exquiſitisque ciborum generibus demulceant palatum. Neque morantur in edendo: cibos potius velociſſime inferciunt gulae, et, ob ſalivae affluentiam, per celerem fortemque maxillarum motum diligenter expreſſam, a potu inter manducandum ſe abſtinent. Pergimus ad reliquos cibum capientes,

vbi

vbi occurrit nobis *hircorum* imitatrix progenies, nimiis non intenta cibis, ac facili negotio exſatianda. Solet illa coenas in longum ducere, moramque iocis et confabulationibus inde accerſere, quibus veluti condimentis adspergere conatur appoſita. Hi ſunt, qui comedenda quam diligentiſſime dentibus frangant, atque ſubigant, ac tantum ſaliuae copia, quantum potu ad menſam ſumto diluant. Praeterea quaerunt cibos non ſpiſſos, ſed liquidiores: vt ſucculenta carnium, et varii generis iuscula; ſicut etiam ſatiari cupiunt pane primum, deinde pingui carne, vt par eſt, elixa, oleribus, lactucis, pomis, aliisque huius generis edulibus. At vna non contentos habebis coena: quippe qui vitibus tuendis, ac fami reſtinguendae, plures adeunt, ita vt per diem ter et amplius veſcantur, ea maxime de cauſſa, quod conſpectis eſculentis animus eorum ilico eſt in patinis. Genus cholericorum *aquilinum* ſaturatur facili negotio, nec ideo elegans eſt in cibis. Feris tenellis auiumque eſu aſſarum lubentiſſime ventrem explet: quibus accedunt cibi ſicciores, acres, aromatici, ſale, fumoque ducti, iuſculorum liquore contemto. Se-

 mel

mel vero non nisi parum cibi capit, eiusque varietati deditum est. Proinde mirum non est, eiusmodi homines longam posse inediam ferre, nec auide vnquam cibis inhiare, inter coenandum aliis magis rebus quam ferculis intentos. Hinc est, vt altercationibus mouendis, rixisque temere serendis ad mensam occupentur, adeo vt omne seruandi ordinis decus inter edendum apud illos pereat. *Gallum* si spectes, videbis laute eum, si fieri potest, viuere, mensamque splendide ornatam, et conuiuarum corona cinctam omnibus votis expetere. Solus edens paucis contentus est, sobriusque manet, neque singulares vnquam cibos quaeritat, omnes perinde habens; at mensae socios nactus laetatur, atque hunc inprimis cibum habens, quem ipse dulcem, iucundumque existimat. Qua in re imitatur gallum gallinaceum, qui reperto pabulo suauiter affici non solet, nisi habeat, quas glocitando conuocet, suarumque opum participes reddat gallinas. Hoc familiari conuictu saepius euenit, vt longius mora conuiuii producatur, sermonesque perpetui ab hospite liberali habeantur; cuiusmodi fabulis quam cito absumatur tempus, facile est ad intelligendum

dum. Huc accedit iocorum amoenitas, cantusque poculis mixtus, cum facetiis et riſu: ordinem ſeruat gallus in capiendis cibis accuratiſſimum, vtiturque iis, qualescunque ſint: frigidos modo ſibi reſeruat, et in deliciis habet, nec alios quam recte praeparatos mundosque apponit. Ob ſaliuae defectus reſarciendos identidem quidem bibit; ſed parum vno hauſtu. Venio denique ad eum, qui *draconis* nos terret ſimilitudine; quod genus vbi ad menſam acceſſerit, graui vultu, ac ſubtriſti taciturnoque ore aſſidet. Quod vero ſumſit, ingurgitat in ſe ſumma cum auiditate; poculis, vel grauem potatorem, non multum intentum; vix inuenias, qui famem ferre diutius poſſint his hominibus, quorum ventriculus affatim expletur, ſi non niſi ſemel per diem edant. Quo vero magis aggraueſcit fames, eo maior exoritur capiendi cibi cupiditas a venuſtate morum ipſaque ſanitate abhorrens. Solitudinis amore capti, nihil gallorum ritu diſtribuunt, neque cum ſociis libenter edunt; ſed ſibi placent ſolitariis coenis vtentes, ac nihil cum amico communicantes; niſi aliquis fuerit, quocum longa familiariſque con-

 ſuetu-

ſuetudo quandam vna coenandi velut neceſſitatem attulerit.

§. 73.

De potu nunc diſpiciendum, in quo parciores ſunt cholerici ſobrietatis amantes: aqua, ſi adſit, vel alba, quae dicitur, cereuiſia, eaque dulcis, contenti ſunt, vino non niſi ad recreationem vſi, abhorrentesque a vino, quem vocamus, aduſto. *Leonini*, finita coena, breui tempore hauriunt, quod ad reprimendam ſitim, iudicant neceſſarium; aquam cum pauco vini amantes. *Hircus* creberrime potum repetit, ſorbillando bibens, nec niſi ab aliis impulſus facile modum excedens; neque ab vllo potus genere abhorret, praeter vinum aduſtum, placet tamen omnium maxime cereuiſia. *Aquilae* potus aquae ſat eſt pauciſſimo vino temperatae, ſorbillatque ſemel exiguam portionem. *Gallus* quidem aqua pelleret ſitim, at riſum laetitiamque ſectans, foecundos etiam vini calices circumſpicit, qui laetum faciant atque diſertum. Oris ſiccitas a ſermonum frequentia profecta ſuadet crebro repetitum potum, quo fit, vt praeter opinionem inebrietur. *Draco* multum non bibit, ac fere, non niſi ſtimulatus

tus eoactusque ſiti, aut compotorum perſuaſione: quamquam adeo firmis eſt ateribus, vt maxima poſſit pocula, etiam ſpirituoſis referta, ſine vlla humorum exaeſtuatione haurire. Caeterum ſibi viuens aquae potor eſt.

§. 74.

Sequitur *ciborum concoctio* in *ventriculo* et *inteſtinis* peragenda, quae citiſſime apud *cholericos* ad finem perducitur, quod menſtruis abundant acribus atque ſpirituoſis, quibus accedit inſuper ventriculi et inteſtinorum vis, violenter agens in recepta. Omnium vero celerrime concoquunt *leones*, quando ſummum fibrarum robur adeſt et internarum partium calor. Exinde non niſi rariſſime accidit, vt talis homo de cruditatibus conqueratur. Nec etiam laedi poteſt niſi fructibus aeſtiuis et aliis cibis, quae frigus inducunt, nimium talibus indulgendo. *Hirci*, bene concoquentes, facile laeduntur ob minus robur fibrarum. Laeduntur autem cum a copia, tum a duritie eſculentorum. Validus *aquilarum* ventriculus parum quidem cibi poſcit, verum celeriter concoquit ingeſta. *Gallus* nimium vbi ſumſerit, vomitu releuatur.

tur. Denique *draconis* aeſtus internus reſoluit omnia et ſanguini remittit.

§. 75.

Aluus in *leonina* forma mollis plerumque eſt, ſingulisque diebus ſtata ſolet hora ſolui. In *hircina* bis terue illud fit, et leuiſſimae cruditatis vitio aluus laxa redditur. In *aquilina* durior eſt, a cuius tamen adſtrictione nihil damni metuendum eſt, ſi duos, etiam tresue dies perſeuerauerit. In *gallis* mollis eſt, ac saepius aquoſa; vult etiam crebro foeces deiicere, quia minor eſt vrinae ſecretio et vberior aquoſorum humorum ad inteſtina deriuatio. *Draconibus* aluus eſt duriſſima, eiusque obſtructiones per plures dies ſine vllo detrimento poſſunt tolerare.

§. 76.

Chyli, humorumque per vniuerſum corpus *diſtributio* pro differentia horum generum mirifice variatur. Per *hircorum* corpus aequali curſu vehunt; ita vt ſecretiones in partibus ſuperioribus pari modo ſe habeant, atque in mediis et inferioribus regionibus. Hanc ob cauſſam modo ſaliuae ſecretio, modo ſudor, modo diarrhoea ſequitur, quando humo-

rum

rum proportio vel leuiſſime mutata eſt; et patiuntur iſtas quidem ſecretiones ſine vlla difficultate, quod ſero mixtae maneant cruditates, et leuamen veniat auctis hiſce ſecretionibus. *Leonis* vires robuſtae ſumta facillime mutant in ſanguinem corporisque naturam: vnde non raro vexantur abundantia ſanguinis, ab haemorrhagiis, vel haemorrhoidibus impediti. Fiunt etiam, ſi quieti et ſomno ſeſe dedunt edacesque ſunt, obeſi: non tamen omnia illa, quae ſumſerunt, in ſanguinem mutantur, ſed ſaponacea manent ac biliosa, verſus hypochondria congeri ſolita. Sudoribus raro ſunt obnoxii, nec facile illos ſuſtinent, cum valde anxii reddantur, priusquam illi erumpant: vrinam crebro mittunt, et facile rheumata patiuntur. In *aquilino* genere per ſuperiores partes largior eſt humorum diſpenſatio, difficilis ſudor, ſputi copia, vrina valde acris. Verum in *gallo* ſpectantur magis inferiora; ex quo intelligitur, aquilae frequenter accidere alui adſtrictionem, tuſſim, dentium dolores &c. *gallis* autem aluum lubricam et ſalacitatem datam eſſe. In *dracone* omnia ad caput ruunt, quod aeſtuat perpetuo calore, vel ſudoribus maximis ex improuiſo ortis diſſipanda,

vel, paullatim copia nutribilis feri in adiposae tunicae cellulis collecta, ad obesitatem facientia.

§. 77.

Videamus nunc de *cordis arteriarumque motu*, quem fortem firmumque in omni cholerico esse nemo dubitat. Etenim spiritus exuberantes neruos ac musculos replent, fibrae autem musculorum magnopere sunt robustae, et sanguis solutus fluidusque ne in minimis quidem vasis resistit. Quaedam tamen inter diversos cholericorum classes statuenda est differentia. In *leonibus* est ille motus, de quo dicimus, validus, iustae celeritatis, magnus pro fibris arteriarum, non reluctantibus contractioni cordis vehementi, et actioni sanguinis ebullientis, adeoque maiorem sustinentibus expansionem. *Hircorum* genus nec validum, nec celerem, nec magnum nimis motum prodit, sed medium quendam, a pulsu sanguinei hominis fere non differentem, nisi aliqua firmitate ac duritie. *Aquilae* validum quidem pulsum sentivnt; sed minorem, ac durum, nec ita celerem, ac postulat cholericum temperamentum. Nam paruae sunt, fortesque arteriae,

arteriae, vt resistant expansioni. *Gallus* paruum quidem, fortem, sed aquilino velociorem et molliorem habet pulsum, cum fluidior sit sanguis et vasa molliora. In *dracone* vero magnus est, fortis et magis tardus, quam celer dicendus, cum sanguis magis cohaerens pressus a corde resistat circa minima, vasa distentat, et celeritatem diminuat. Generatim vero in cholericis maior carotidum ramorumque ex his prodeuntium pulsatio obseruatur: quoniam rapidus est sanguinis ad superiora motus, ac celerior per illa circulus. Id quod videre licet in infantibus, vbi cum in tenero eorum collo carotidum temporaliumque vasorum pulsatio potest oculis conspici: potest ad futurum temperamentum cholericum conclusio necti, quae non fallat.

§. 78.

Vocamur nunc ad *respirationis* negotium, quod in genere consideratum, magnitudine, robore atque celeritate excellit. Licet enim ebulliat sanguis in cholericis, et per calorem aër in vasis sanguiferis haerens, ita expandatur, vt valde etiam expandant pulmones: tamen et hi magni sunt et capaces; pectusque

que amplum, extenſionem vaſis ſangui-
feris a ſanguine, et bronchiis ab aëre
concedit, ita, vt non modo ſanguis lo-
cum ſpatiumque inueniat; ſed aër etiam
accedere, ſanguinem denſum reddere,
vaporoſasque eiusdem partes in ſe reci-
pere poſſit. Simul muſculi pectoris fir-
mi et robuſti coſtas egregia vi eleuare ac
deprimere ſolent: vt amplificata pectoris
cauitate aër copioſus ingredi, coarctata-
que illa, celeriter exprimi poſſit. Iam
vero hoc reſpirationis negotium ita ne-
ceſſarium eſt huic temperamento, vt
multo minus quam reliqua eo carere
et interceptionem pati poſſit. Melancho-
licus per quartam ferme horae partem,
ſi quietus eſt et frigidus, intercepta re-
ſpiratione non ſuffocatur; ſicut etiam
phlegmaticus et ſanguineus non extem-
plo laeditur inhibita reſpiratione; at
cholericus ne per momentum quidem
poteſt illa carere, alias anxietatibus prae-
cordiorum tantopere premitur, vt anhe-
litu aegro difficilique ſignificet, accumu-
latam eſſe in pulmonibus copiam ſangui-
nis, quam ſiniſter cordis ventriculus
capere non poſſit, et periculum eſt, ne
ſanguis, vaſa pulmonum expandens,
rumpat ea, ſibique per haemoptyſin exi-

tum

um quaerat. Nec alia subest caussa, quare aërem siccum et purum studiose petant cholerici; itemque ab aëre calido humidoue illico laedantur, anxietatibus pressi, suamque hilaritatem amittentes.

§. 79.

Non autem vlli quam *gallo* acutior sensus aëris est, cuius mutationem ocyssime percipit, propter sanguinis in pulmonibus densam coaceruationem. Quod si igitur talis cholericus humidum sentit, vel calidum aërem, praecordiis sanguine nimium grauatis, trepide circumcursitat, anxietatem conquestus. Nudato pectore, admittit aërem frigidiorem, ab eo remedium expectans, vultque clamando, elataque voce profundiorem sibi efficere respirationem. *Aquilinus* in altum adscendit: puriorem ibi captaturus aërem, qui calidos recipiat vapores, e pulmonibus egressos: amat etiam pluuias, exinde multum leuamenti sperans, et refrigerii. *Leoninus* irrequietus obambulat, ad refrigerandum quaerens loca puro aëre plena, suamque rugitu prodit anxietatem. *Hircus* omnium aequissime fert vt frigus ita et calorem; quandoquidem sanguinem gerit fluidiorem, nec multum elasti-

citate

citate pressum. Mutata itaque aëris temperie non nisi animum perdunt hirci hilaritatemque solitam. *Dracones* violantur grauiter, sentiuntque incommoda respirationis cohibitae: quieti tamen, ac patientes eam sustinent.

§. 80.

Itaque calidissimus est, valde aestuans vaporesque exhalans aër, qui solet e pulmonibus cholericorum expelli; idque eo magis, quo grauior semper constantiorque est in ipsis ebullitio sanguinis: respiratio actutum fit velocior, cum sanguis rapitur ad motum citatiorem, siue hoc fiat repentina spirituum animalium intermixtione vt est in perturbationibus animi; siue, per internam sanguinis exaestuationem, qualis in febrili calore dominatur; siue, motu et agitatione musculorum. Sed quo celerior est, qui cooritur sanguinis motus; eo grauiori quoque angore premi solet cholericus; vt possit neque cursum diutius ferre, neque scalas adcendere sine summa respirandi difficultate; cui malo medetur ita, vt inchoato tardiuscule tantum corporis motu, paullatim procedat eumque per interualla temporis adaugeat.

§. 81.

§. 81.

Expoſitis hoc modo potioribus ad naturales vitalesque cholericorum actus pertinentibus, tranſimus ad animales, qui non niſi ſpirituum animalium interventu contingunt, vt plene perfecteque noſcamus differentiam, quae cholericis ab aliis hominibus ſeparandis inſeruit. Igitur ad motus, muſculorum ſenſuumque facultates noſtra ſe conuertit commentatio. Eſt quidem cholericus inſigni robore praeditus: non modo propter ſanguinem valde ſpirituoſum, ſed etiam propter cerebri a cerebelli magnam copiam, quorum corticalis maxime ſubſtantia mole vincit medullarem: tum quoque ob ſubtilitatem et robur eximium fibrarum muſcularium; cedit tamen agendi firmitate et conſtantia melancholico, quem non poteſt antecellere, niſi ſola celeritate ac ſubtilitate. Inde cholericum videbis impetuoſe in omnis generis labores atque certamina ruentem, cunctaque velociter ſubtiliterque adminiſtrantem; quod ſi vero obiicitur aliquid, quod ſibi reſiſtat in agendo, tum cedit ſtatim; concidit animo, ſentiensque laſſitudinem ab incepto deſiſtit. Da vero breue tempus interiectum viribus reſtituen-

tuendis, et credet nunc parem se labori impedimentoque futurum, redibitque ad consilium, quod videbatur penitus abiecisse; contra melancholicus semel ab opere depulsus ac delassatus, longo temporis interuallo indiget ac longa requie, antequam denuo resumat vrgeatque agendi propositum: nihil vero, vel parum impeditus, non statim cholerici more deterretur, sed constanter laborat, inceptaeque semel actioni fortiter insistit.

§. 82.

Non tamen vnum idemque gerunt in musculis robur, sed variis modis discrepant. Generatim cholericus non aptus est graui oneri ferendo; debiliores habens cum dorsi musculos, tum primos quoque lumborum. Cedit igitur et in eleuando et in ferendo magno pondere melancholico generi. At habet etiam, vbi excellat. Etenim exquisito robore praestat in extremitatibus membrorum. Quemadmodum vero sunt omnibus animalibus cognitae suae vires, quibus vel ad sui defensionem, vel ad alios aggrediendos vti possint; ita res habet etiam in cholericis, quorum est, iisdem armis in congrediendo cum aduersariis vti,

quibus

uibus et ſoleant, vti bruta, formae ex-
erioris propenſionumque exemplaria.
Ioc modo *leonini* homines voce into-
ante et mugiente conuiciisque iactandis
doriuntur hoſtem; vngues ac dentes
nonſtrant; quibus et ſciunt vti tam ce-
eriter ac robuſte, vt ſaepe victoriam re-
ortent. *Hirci* capite hoſtes petunt, ita
: eorum aemuli; quibuscum ſi rem ha-
ueris controuerſam, memento paſtora-
s illius moniti: „Occurſare capro, cor-
u ferit ille, caueto!„ illi enim ſine mora
ontem parant, minanturque cornu ve-
iti petere, ſtrenue occurſantes. Sed vera
nimi magnitudine deſtituti, pene ſolis
ontentionibus, iurgiis, clamoribus, con-
ciis certamina ſua perficiunt, magno-
ue conatu magnas agunt nugas; in al-
rcando hinc inde curſitantes, et nunc
nte, nunc retro verſi, ſedes, manus-
ue ſentiunt robore vacuas. Verum
im vero his vtrisque pollent *aquilae*,
gulari pedum firmitate inſtructi, in
ibus elaborandis elegantia cum robore
luti certaſſe videtur. Quapropter et
: armis obuiam hoſtibus eunt, vimque
dibus inferre moliuntur: nec aquilis
ſunt in capite, brachiisque vires, mi-
res tamen, quam in pedum vngulis ad

rapinam factis: vnde clamoribus et conviciis aeque pugnant, ac pedibus lacertisque. *Galli* porro animus longe vires corporis exsuperat, quas vniuersas ad sonum acutissimum ciendum, exprimendumque in pectoris musculis praeconsumi vero simile est. Ergo etiam, qui naturam galli sequuntur, rarissime aliis armis quam clamoribus inconditis, et conuiciorum vehementia decertant. Nec in eo imprudenter agunt, quia reperiunt vbique aduersarios fortiores atque robustiores, quibus reluctari non nisi animo, et musculorum veloci agilitate possint. At qui haec animi elatio facit, vt incredibil flagrent vincendi cupiditate, et canan etiam fugati, vere triumphum ante victo riam agentes. *Dracones*, vel vno quo assiliunt momento, hostes enecant, bra chiis, pedibus, ore: quodsi de victoria desperant, refugiendo sese in latebra abdunt; suo tempore ad nouas oppugna tiones redituri.

§. 83.

Incessum, quod attinet, scimus, hum indicare et postulare iustum spirituur animalium motum, in quo nihil deficiat nihil abundet atque hic itidem erit varius

pr

pro diuerſis noſtrorum hominum proprietatibus. Generatim tenendum eſt hoc: „cholericum vulgo magnis celeribusque paſſibus incedere, eos quamuis magnitudine melancholicus, et celeritate ſanguineus facile vincat. In *leone* inceſſus fit recto elatoque corporis trunco. Caput ſuperiora verſus tollitur, coelum reſpiciens, ad pectus aliqua ratione pronum, et ad terram ſpectare videtur. Mouetur eo tarde nec ſine grauitate; et corpus modo ad dextrum, modo ad ſiniſtrum latus quaſi libratum non tamen a recto diſcedit, brachiis quieſcentibus: abdomen reſtringitur, pedes decore, grauiterque alternant, leoninis ſibi relictis tardi ſunt magnique greſſus, vt commemoratum eſt, frequenter etiam oculos circumferunt vndique: ſin autem leuiſſimum quoque ſibi negotium eſſe ſciunt, accelerant gradum, ſummeque feſtinant, non tamen plane renunciant grauitati, iuſtoque paſſuum ordini, plantis etiam inſiſtentes. *Hircus* celeriter minoribus vtens paſſibus ingreditur, nec aliquid habet, quod ſingulare dicas: immutat paſſus pro rerum circumſtantium diuerſitate; caeterum tardus in gradiendo vix eſſe poteſt. Contra ſi quieſcendum eſt, inuenit

 „vix,

„vix, vbi pedem ſiſtat, ac ſaltibus variis prope praeſtigiatorum ritu, idque inprimis ſi ſolus eſt, exercet corpus: caput pariter ac manus inter eundum non quieſcunt. *Aquilae* volitare potius, quam greſſum nobis obuiam ferre videntur: caput ad partes anteriores longe eſt proiectum, ac ſi frons volatui accommodanda eſſet; brachia iactant, lacertosque mouent, vt alas, aëremque illis percutiant, adeo, vt vltra pectus protendantur: abdomen preſſum eſt; pes incedit eleganter, modo inaequaliter, nunc anguſto, nunc lato paſſu vtens, nunc tardo, nunc admiſſo: oderunt tamen vulgo tarditatem eundi, breuiſſimam quoque viam emenſuri; et plantis fere terram non attingunt, digitis pedum ſuſpenſi. Facile viae laboribus fatigantur, quos tamen ita ſolent minuere, vt vel miſceant cum occurrentibus comitibusue ſermones, vel canant„. Sed nihil magis aberrat a regula, quam „*galli* inceſſus. Iſtiusmodi igitur homo ad ardelionum nationem referendus, trepide concurſat per plateas: nunc gradum ſiſtit ſubito, compellatque occurrentium turbam, nunc recta iter proſequitur; nunc oblique pergit ad latera verſus, nunc pergit, nunc redit, vel a leuiſſima

„cauſſa

caussa hinc inde distractus. Quod reli-
uum est, corpore satis recto incedit
ninutis ambulans citatisque gressibus,
matque, non minus quam solet aquila,
antus inter eundum, perpetuosque con-
ıbulationum socios. *Dracones* tardis
nouentur grauibusque passibus, corpore
uasi lente tracto, erectam tenent statu-
ım, moti tamen a re quadam sibi ob-
cta, non dubitant furiosa celeritate eo
ıere, gressumque praecipitare,,.

§. 84.

Nunc ad motum partium corporis sin-
ılarium conuertamur, atque notatu
gna pro classium nostrarum varietate
medium proferamus. *Leoninus homo*
pite incedit erecto et rigido, frontem
epiuscule in rugas contrahit, oculos
ert in sublime, vultum seruat vnum
ndemque, nisi intercedat aliqua animi
rturbatio; collum dorsumque rectum
net, assidens non minus, quam pedi-
ous insistens: in sedendo manuum po-
s, quam pedum diuersi motus exsistunt,
ue illis affectio animi significatur. Raro
ridendum prouocatur leo, et, vbi se-
ctus accesserit, propemodum nun-
am, risumque vultu magis renidenti,

 ,,quam

„quam cachinno ruſtico exprimit. In ſternutationibus grauem vniuerſi corporis vna cum pectore commotionem ſentit, miſericordia tactus emittit lachrymas, at ſine fletu: ſit etiam vt correptus dolore potius ad iram et rugitum, quam ad lacrymas et ploratum cieatur: iram prodit manibus, et ore intonanti; amorem oculorum mictibus, interquieſcente reliquo corpore. Terrore perculſus ac timore redditur inquietior, ruiturus in iram et vehementes actiones: nonnunquam conſilii inops, certe immemor, hinc inde curſitat fugitque. Vox leoni clara eſt et alta, quamdiu quietus eſt, gratiſſima, diſtincta, liquida, et reſonans audientibus accidit; irato contra inaequalis eſt, rugiens, intonans propter linguae magnitudinem craſſitiemque in celeritate articulationis debitae modum menſuramue non ſeruans. Timentis vox tremula eſt, minus aequalis, idemtidem interrupta: amantis clara et diſtincta, ſed anxia.

§. 85.

„*Hirci* caput eſt mobile ac pronum, frons ſerena, ſemper exporrecta: oculi ſunt hilares, in gyrum circumacti; vultus a leuiſſima cauſſa mutatur, praeſertim in

„moti

„motibus animi, mox tamen ad priorem conformationem redit: collum lasciuit mobilitate perpetua, atque ceruices fluctuant. Ipse non longe permanet in vno eodemque statu situue; et, quem modo stantem videbas, nunc sedentem habes, nunc salientem: corporis etiam trunco quiescente, manibus luditur, et pedes agitantur: ad risum natura fertur, quem nunc hilari ore atque renidenti, nunc breui cachinno prodit, suasque nugas ipse solet videre: sternutat facile, quamuis leuiter. Tactus misericordia, non magis quam dolore, moestitia affectus in fletus ac suspiria soluitur: sustinet etiam prae amore lacrymas fundere; iram fronte significat, oculis, facie, voce clara, sonora, penetrabili, amorem lasciuia oculorum, gestuumque: saltibus etiam, ac totius corporis agilitate; terrores non omne statim consilium excutiunt, sed aliquantum tremens ad vtrumque paratus est: siue resistendum sit aduersario, siue parendum. Voce vtitur iucunda; articulata, mediocri, temperata, neque in affectibus multum mutanda; cantibus, quorum amore ducitur, nauans operam, vocem alte acuteque exprimendo nares atque mandibulas crebro mouet„.

§. 86.

„*Aquilae* caput propendet, raro ad latera vergit; tale genus erectum corporis ſtatum diu non patiens, caput vel manibus ſuſtentat, vel ad latus flexum quieſcere iubet; cumque varios corporis poſitus expectant aquilini, vnius eiusdemque mox pertaeſi, ſurgunt poſt ſeſſionem breuiſſimam; laſſantur eundo etiam in via breuiori, vt cupiant rurſus conſidere: praeter ſpem vero et opinionem de conſpectu fugiunt, velut auolantes, ipſi, qua de cauſſa fiat, neſcii; frons laeta atque hilaris raro ſenſus animi indicat: attamen oculi non quieſcunt, et fulgore ſuo ſaepiſſime produnt cogitata mentis. Nec humeris quies datur aliisque, in perpetuo motu, volatilium ritu, conſtitutis. Ad ſternutationes riſusque nullo negotio inuitantur huiusmodi homines: nec abſtinent a lacrymis, quamuis dici non poſſit, quam celeriter exareſcant, ſublata animi incitatione, quae non videtur conſecuta quod voluiſſet; iram arguit facies humum deiecta, vocis acutae, et in modo conſtantis ſonore. Oculos, vt fleant, erudit miſericordia; vt vagi, volubilesque circumerrent, amor; neque tamen nimiis obnoxii ſunt mutationibus; vox gene-

„ratim

ratim conſiderata, cum ſit liquida, et aures penetrans, facit, vt ad cantionum labores admodum procliues ſint; quoniam vero hoc habet ſibi proprium, vt in vno canendi tenore perſiſtat, accidit, vt canentes modulos flexusque vocis elegantiores non diligenter obſeruent.

§. 87.

„*Galli* vulgo erecta incedere ſolent ſtatura; facie non quidem moroſa triſtique, ſed laeta potius et hilari; nihilo tamen minus ad ripas et altercationes ſpe citius deueniunt: oculis vſi vegetis ac laetis, amant corporis ſitum crebro mutare; modo ſedentes, modo pedibus inſiſtentes: et, quando caeteris omnibus quies conceditur membris, non datur attamen linguae, cui difficillimum tacere. Quos cito ridentes conſpicimus, cito etiam lacrymis perfuſos deprehendimus; iram frontis rubedine, prouti in criſtis gallorum contingit, oſtendunt, et iratorum facies aliquo modo tumeſcit: oculi tunc ſpargunt ignes, et fixum intuentur; tolluntur clamores miſti conuiciis, et brachia non minus parata ſunt, quam pedes ad vim, aut a ſe auertendam aut aliis inferendam; parum mouentur miſericordia, praeter-

quam eorum, quos animaduertant ſibi ſubiectos; amoris impetu reddunt valde agiles, laetabundi, ac toto veluti corpore amantes. Vocis beneficium eſt inexhauſtum; quandoquidem canora natio eſt gallorum; igitur ſonus vocis eſt articulatus, acutiſſimus, et adeo clangens, vt multorum auribus moleſtiam creet. Canunt libenter, qui gallo ſimiles putantur, et poſſunt voces altiſſime ſublatas diu perſequi. „

§. 88.

„*Draconum*, quos diximus, corpus, eundem ſtatum tenens quam diutiſſime, parum abeſt, quin prorſus immobile videatur; ad iram prouocati, fronte incenduntur oculis igneis et flammantibus deſuper ad latera motis: corpus vel quieſcit vniuerſum, vel mouetur furioſe, omnibus partibus ſimul agitatis. „

§. 89.

Senſuum aciem externorum quod attinet, ea non minus diuerſitate ſua notabilis eſt. In *leoninis* viſus reperitur debilior, qui non facile remotas res diſtinguat, et accurate cognoſcat, cuiusmodi homines myopes vocamus. Etenim

humores

humores cum ruant impetuose versus superiora, adeoque et oculorum vasa, quemadmodum reliqua capitis, nimium inflata distendant, accidit, vt crassiores etiam particulae simul inferantur humoribus oculorum, illosque reddant turbidiores. Vnde etiam licet intelligere, cur saepius ignes transitorios, nubeculas, floccosque ante oculos habeant, quos caligine sentiunt obumbratos; atque hoc eo magis, quo maiores et nigriores sunt oculi, latiorque pupilla. Illud autem in bonis ponendum, quod, aetate crescente, oculi reddantur clariores, et visus emendetur magis, quam minuatur: quamquam in iuuentute cum grauioribus luctatus esset difficultatibus. Sic et auditus non nimis acutus est, propter eandem humorum ad caput conglomerationem: tinnitu et susurro frequenter pulsantur aures, omnisque sonus inconditus, acutusque parit illis molestiam, vt facile exinde possit intelligi, quamobrem leones galli cantum adeo reformidare dicantur, vt eo audito in fugam se dent. Nec olfactu excellent, ficcioribus instructi naribus: gratis tamen odoribus delectantur; at gustu mirifice pollent, tam propter saliuae copiam, salia ciborum soluentem, quam

propter

propter linguae magnitudinem, multasque neruosas papillas, subtiles quidem, summeque sensiles illi inhaerentes. Hinc fit, vt sapidis rebus nimium quantum delectentur, et inter edendum linguam pressius palato affigant; aromatum maxime, ac dulcium subtilium studiosi. Pari modo tactus etiam ob cutis mollitiem exquisitus et subtilis est: tum, quoniam nerui spiritibus perpetuo referti sunt, et ad sensus velocissimi subtilitatem idonei; tum, quia non resistit impressionibus cutis subtilitas.

§. 90.

Hirci per vniuersum corpus valde sunt sensiles, modum tamen haec eorum sensilitas haud excedit. Visu praediti sunt admodum claro acutoque, nisi praematura salacitate vires illius fregerint. Auditum habent nihil impeditum, breui tantum tinnitu nonnunquam interruptum. Olfactus acutus est, et excellens gustus, dulcia singulariter viridiaque appetens, illisque deliniendus. Nec tactus deficit, propterea quod cutis est satis sensilis. Quo fit, vt leui tantum titillatione soluantur in cachinnos effusiores.

§. 91.

Aquilini quanquam parua ſint pupilla inſtructi, viſu tamen haud praeſtant: ea in re vix pro aquilis habendi, quorum acies intuetur ſolem ipſum. Habent pariter auditum debilem propter auricularem exiguitatem. Olfactu vero tam ſubtili et exquiſito vtuntur, vt compoſitos et longe remotos facile aſſequantur ac diſcernant odores. In tactu ſingulare nihil habent ideo, quod cutis duritie ſua nervorum ſenſilitatem imminuat, et celeri rerum obiectarum mutatione, noua perceptio exorta priorem infringat.

§. 62.

In *gallo* omnes ſenſus videntur mediocritatem tenere; at viſus huiusmodi hominum facillime laeditur, coecique in ſenectute redditi, documenta dant, ſe iuvenes venere nimia corpus eneruaſſe: caeterum tam ſenſili corpore ſunt, vt mutationes quascunque ſtatim perſentiſcant, ita, vt illis grauis ſit, et anxietatem conciliet omnis mutatio aëris; his vero de rebus, in iis, qui *draconem* referunt, nihil ſingulare potui obſeruare.

§. 93.

Senſuum internorum perueſtigationem, quod illa magis ad ſtatum moralem cholericorum pertinere videatur, hic omittimus, et reſeruamus ad eum locum, vbi de actionibus, quae non ſingulariter per corpus, ſed per ſpiritus atque mentem ſuſcipiuntur, pluribus exponere nobis eſt animus.

§. 94.

Somnus in cholericis ad res referendus eſt quam maxime neceſſarias, et ad eorum naturam plane pertinentes. Etenim ingenti agilitate, motibus muſculorum nunquam fere quieſcentibus, et perpetua animi agitatione primum illi ſpiritus, qui in cerebri ſubſtantia collecti ſunt, abſumuntur; deinde et illae partes ſpirituoſae leuiſſimae, quae ſanguini inhaerent, et ad ſpirituum animalium ſecretionem ſunt aptiſſimae, exhauriuntur. Tunc debilitas ſuccedit, ſentitur laſſitudo et irruit ſopor, qui nulla vi, nullaque vehementi actione corporum externorum in ſenſoria reprimi poteſt. Sponte collabuntur oculi, et niſi pareat homo corporique debitam indulgeat requiem obdormi

obdormit inter edendum et bibendum, quin etiam inter loquendum. Vidi quosdam, hircina potiſſimum facie indutos, ſtantes etiam dormire. Propterea lucubrationes omni ſtudio fugiunt et, quando ſemel exhauſtas vires ſenſere, lectoque membra committere ſunt parati, nullis amplius afficiuntur deliciarum generibus, quibus alias multum fuerant oblectati. Suauiſſima etiam fruuntur quiete, adeo, vt etiam expergefacti, ſtatim in ſomnos relabantur. Quo in ſomno altiori facile ſtertunt, maxime ſi quando dorſo incumbunt, et ſomnum capiendi tempus alterius protraxerunt, quam ſano homini par eſt. Sanguis enim, quamvis ſpiritibus exhauſtus, facile per vaſa cuncta circuit aequali tenore, magnaque vi premitur ab arteriis, ſolutus eſt et fluidus, vt facile minima vaſa permeet, maxime, cum decens corporis poſitus accedit, qui non mutet humorum circulum. Statim vero ſi per ſanguinis circumactionem, perque negotium tam digerendi, quam ſanguinis faciendi, ſentiunt vires rediiſſe, neruique denuo ſpiritibus repleti aptique redditi ſunt ad ſenſum et motum, euigilant, et in momento temporis breviſſimo ſufficiunt omnis generis actioni-

bus

bus inſtituendis. Nec inſomniis multum turbantur, quia libere et expedite circumeunt humores, neque vllo in loco ſtaſis oritur, quae ideis euoluendis occaſionem praebere poſſit. Verum ſomno vel minimum interrupto, accedunt inſomnia perturbantia, et periculi aliquid minantia, quo admonentur, morbum ſibi imminere. Cum enim profundus cholericorum ſomnus ex libero per omnia vaſa circulo ducat originem: ſequitur, turbatam quietem certum eſſe ſignum turbati alicubi humorum circuli. Ex quo impedimento naſcuntur ſtagnationes et congeſtiones, quae licet non ſint vehementiſſimae, poſſunt tamen facillimo negotio morbi cuiusdam fomes eſſe: quod vehemens et aequalis humorum in cholerico circulus a leui ſtaſi interruptus illico perturbatur, et ſanguis eius aeſtuans facile inflammatur; cum contra melancholicorum vaſa grauesque humores huiusmodi ſtaſes diutius ſine noxa tolerare poſſint.

§. 95.

Haec tamen propenſio ad ſomnum definitur varie pro varietate generis cholerici. *Hircorum* ſomnus eſt placidiſſimus:

mus: inprimis cum vires exhauſtae fue-
runt laborum aſſiduitate. *Leo* profunde
dormit: at per aegritudines aut nimiam
ſanguinis abundantiam turbatur: *aquila*
non ſeruat ordinem in capiendo ſomno;
expergefactus quarundam horarum inter-
vallo et redire viſus ad ſuam alacrita-
tem, ſoluitur denuo et in ſomnum re-
labitur; *gallus* in obſcuro loco facillime
obdormiſcit, ſed euigilat ſummo dilucu-
lo et redit ad labores primo mane.
Draco magis requiem quaerit membris,
quam ſomnum ipſum, qui nec nimis lon-
gus, ſed ſtato quodam temporis inter-
vallo contentus.

§. 96.

Ventum eſt ad rem grauiſſimam nimi-
rum ad *generationem*: quantum ad na-
turalem hominem pertinet hoc nego-
tium. In quo videtur neceſſarium, vt ac-
curate diſtinguamus veneream libidinem
ab ipſo coitu. Appetitio iſta ſane eſt vehe-
mentiſſima in cholerico: verumtamen haud
facile excitatur, niſi interuentu rei cuius-
dam, qna moueatur talis inſtinctus. Ergo
non fatigat animum occultis, ac diu tra-
ctis cogitationibus veneris, anxioque ſemet

 ipſo

ipſe macerat amore: ſed continuo totus accenditur, vbi acceſſerit ignis ſuus quo incaleſcat plus ſatis, vritque videndo, vt hoc MARONIS vſurpem, femina. Mira quidem res videtur, cum genitalia cholericorum interna pariter atque externa parua ſint, et fere plus iuſto minora, tumque potiſſimum cum languent: ſed probe tenendum eſt, elaſticitatem his quoque membris admirabilem ineſſe, roburque neruorum veluti certare cum ſenſili neruorum facultate maxima. Quamobrem ſuborto veneris inſtinctu, ſpirituum animalium ingens multitudo non tantum ad genitales partes defertur; ſed ad vniuerſum ferme ſanguinem. Vnde fit, vt cholericorum corpus quaſi totum videatur amore correptum et inflammatum. Iſti vero ſpiritus, quod prae aliis membris ruunt ad genitalia, erigunt neruum velociſſime, eumque roborant rigore firmo. Sanguis, in cauernulis haerens, rarior factus atque extenuatus expandit vaſa, dilatat, amplificat. Deinceps immiſcentur, ſpiritus ipſi ſemini, vt hoc quoque tenuius reddant atque ſubtilius. Tum ſemen, quantumuis paucum, illorum copia, maiori niſu elaſticitatis donatur, vt agat in vaſa. Quae cum robuſta ſint, remittunt agendi impetum in ſemen, ita, vt reciproca ſubo-

riatur

atur actio, nonnunquam a regula aberrans.
hoc in ſtadio currentem cholericum aſpe-
erimus, illum non febre tantum acuta
denti laborare, ſed etiam delirio proxi-
um eſſe, parum aberit, quin putemus.
Relictis rebus omnibus, quid agat, aut,
io ſe vertat, neſcit; nunc ſtat, ſalit, cur-
at; nunc ſe abiicit, flagitat, obteſtatur;
nc aggreditur, imperat, minatur; nunc
lidit, reiicit; contemnit; quippe ſui
n compos. At enim vero ſi corporis
aati datur copia, inter opus extemplo
uitur, et ſemen aeſtuantiſſimum quidem,
l pauciſſimum emittit. Quo etiam tem-
ris momento ceſſat genitalium rigor,
nnisque libido veneris: etenim ſanguis
cauernulis detentus ſolutus ac ſubtilis ef-
tur ope ſpirituum, redit per venas et
a collabuntur. Maxima vaſa ſeminalia,
odſi elaſticitatis magnopere conſtringun-
, concidunt vniuerſa, ac taedium ſub-
it vehemens. Nihilo tamen minus,
ui tempore interiecto, ita ſe habet cho-
cus, ac ſi nihil eſſet factum. Nam re-
itur facile ſemen, cuius admodum par-
portio explendis ſufficit veſiculis, par-
ue ſemen conſtituentes alcalicae et oleo-
ſcaturiunt quaſi e ſanguine cholerico-
. Eſto nunc, vt redeat nouum amoris

ob oculos habeat foeminam ſtimulos excitantem: praeter haec etiam draco hanc ob cauſſam raro ad amores inuitatur, quod foemina, quae poſſit illum ad eum libidinis gradum euehere, quo penitus incendatur, ſit rariſſima, ac difficulter inuenienda. Is autem non ſolet niſi cum ſuo genere coniungi; vnde eſt illud, quod obſeruaui, nempe dracones, quos quidem mihi datum eſt noſſe, coelibes vixiſſe. „*Leones* pari modo, quamlibet feruidi, rariore tamen venere vtuntur; cum foeminae leonis, ſeu leaenae non vbiuis occurrant; at reliquae eum tanto non poſſunt opere concitatum reddere, vt moralis amor brutali conſtantiam addat, et perpetuus conſeruetur affectus. Inſuper caniculae, quas ſubſtituunt leaenis, nec animi magnitudine, nec elegantia corporis poſſunt maſculo ſatis generi facere. Hinc eſt, vt etiam plerique leoninorum aſpernentur coniugium. Eſſet quidem oriturus inſtinctus iungendorum corporum, at breui tranſiturus, quoniam non poſſet ab omni parte expleri. „*Hircinus* contra nihil penſi habet, iungi tam capris frequenter obuiis, quam quidem aliis, diuerſo genere ortis. Ardet enim libidinis petulantia, et auet ſtimulos veneris ſequi dies noctesque. Quod

ſi

i poteſt ſatiare deſiderium, ſit, vt paulla-
im omnis in ſemen transeat ſanguis: is
vero poenas det improbae ſalacitatis, mar-
eſcente toto corpore, et muſculis ad rigo-
em quendam intractabilem obfirmatis.
Tale periculum *gallis* intentat numeroſum
gallinarum contubernium, quod perpetuo
nouos ignes flagitat. Vt vero dicamus,
quod res eſt, putamus: „nunquam nimium
gratos iucundosque fore mulieribus amores
holericorum. „Delicias enim, in com-
plexu guſtandas, corrumpunt aeſtu immo-
ico et actionis breuitate, vna cum tae-
io ſtatim ſubrepente omnem voluptatem
nfringunt.

CAPVT II.

DE SANITATE CHOLERICI TVENDA.

§. 99.

Expositis, quae seruiunt corpori cholericorum vniuerse cognoscendo; et qua figuram externam, et qua partes internas, actionesque exinde sequentes, ordinem nunc describamus, quo debeant ad conseruandam valetudinem vti. Quum enim integer ac sanus corporis status absolvatur iusta humorum et inter sese, et si referantur ad solidas partes, proportione: sequitur, illam non modo esse diligenter custodiendam; sed etiam nonnullas esse rationes, quibus singulatim tenendis, cholericorum corpus possit incolume, vegetumque seruari. Scilicet:

1) Aequalis propagetur semper humorum circuitus. Illi enim ob acrem naturam obnoxii inflammationibus, ruentesque per vasa cum impetu, a leuissima stasi turbantur in motu suo

ſuo et, ſic irritati, grauiſſimorum fiunt morborum cauſſa.

2) Secretiones cum excretionibus debent integrae ſeruari, nec vlla magis, quam tranſpiratio; etenim per vehementum ſalium in oleoſas partes agendi vim generantur multae partes ſpirituoſae et acres, quae, niſi tranſpirando foras pellantur, aut eiiciantur aliis excernendi viis, febrilem opinione citius poſſunt mouere exaeſtuationem.

3) Aquoſarum et ſubacidarum partium iuſta multitudo reſtituatur in ſanguine, quantum eius fieri poteſt, dum velox circuitus eius, calor, motusque diſſipant aquoſa, et ſimul acida ſubtilia. Quae ſicubi non reſarciantur, metuenda eſt ſiccitas et calor fermentatiuus.

4) Videat cholericus, ne alcalicae vna cum oleoſis atque ſpirituoſis partibus, quarum in ſe iam ſingularis eſt abundantia, nimis praeponderent reliquis, id, quod fieret, ſummo cum detrimento.

5) Leniatur quouis modo rapidus humorum motus, atque vis interni caloris; nec irritetur aut augeatur vel minimum.

6) Detur opera tollendae et auertendae acrimoniae, quandoquidem ſolet eſſe exuberans.

7) Vaſa nimium rigida et ſicca cutis neceſſe eſt emollire, et poris ita ſemper proſpicere, vt, apertis eorundem meatibus, liberum perſpirationi ſudorique iter nullo non tempore concedatur.

§. 100.

In harum regularum vſu dici non poteſt, quam belle conueniat cunctis cholericis, neque hoc difficiles habet explicatus. Forma enim figuraque corporeae machinae tantum a ſe inuicem diſtinguuntur; at amice conſpirant in proportione maſſae ſanguineae, non in ſe tantum, ſed comparate etiam ad vaſa corporis conſideratae: quis igitur vetet, eos omnes in valetudine conſeruanda iisdem vti regularum praeceptis?

§. 101.

Atque, hoc vt manifeſtius euadat, monemus ante omnia noſtros, vt verſentur in aëre puro, ſereno, cui plus inſit ſiccitatis atque frigoris, quam humiditatis et caloris: ſcilicet aër ita comparatus conſeruat optime tranſpirationem: condenſat ſanguinem, vt par eſt, in pulmonibus: recipit etiam in ſe, quae tranſpirant de ſanguine, et per vapores abeunt. Diſcimus enim e ſingulari odore, quem aliqua hircorum genera ſemper, reliqua cholericorum a nobis explicata certo ſaltem tempore ſpargunt, quantum et quam ſubtile ſit, quod egreditur e corpore per tranſpirationem; quin imo, quid ſecuturum ſit incommodi, illud ſi remanſerit. At vero totum hoc negotium non poteſt geri legitime, ſi coelo vtatur cholericus humido, et vaporibus denſo, qui ſolent impedire, quo minus humiditates e corpore effluentes recipiantur: tum remanent acres et ſpirituoſae partes in ſanguine, motumque cient fermentantem, imminuta tranſpirationis libertate; cholericus redditur perturbatus, inquietus, anxius, moroſus: ac neſcit ipſe, quid incommodi ſubnatum ſit. Cui ſi velit medelam afferre, aut motum augeat

geat humorum, quo fit, vt excretoriorum fines aperiantur vi quadam adhibita, extrudaturque illud, quod molestiam creabat corpori; aut indulgeat gaudio, inuitetque se vino paullo liberalius, ad eandem progressionis celeritatem humoribus conciliandam; aut denique potu aquoso calidiori, sub tempus capiendi somni. vel diaphoretico, sanguinem ad exaestuandum haud incitante, eodem consilio sumto, sudorem nocturnum proliciat. Nam sudor praecipue referendus ad ea, quibus cholerici valetudo potest integra seruari. Cui sponte profluenti quam diu est obnoxius, et obsecundat illi, tam diu belle se habet, nec vlla facile laeditur motiuncula; dum noxia eiiciuntur statim, eoque ipso quoque morbi fugantur; si quis autem consueto sudore caret, illoque inprimis graueolenti, quippe qui materiae nociuae index est; is morbido afficietur corporis imbecilli statu, nec diu virium incolumitate laetabitur. Et qui denique sudores impediunt, aut consuetis alias destituuntur, in summo sanitatis vitaeque periculo versantur.

§. 102.

Quod si forte calido nimis et aestuoso fuerint vsi, premuntur anxietatibus, venae tur-

urgent, respiratio difficilis reddita multum acceleratur, et breui sentiunt omnia, quae patimur in accessione febrium; verumtamen illico cessatura, simul ac proruperit sudor. Sanguis, sine intermissione ebulliens, poscit condensationem ac refrigerium in pulmonibus, quae frustra expectaveris ab aëre calido. Vasa pulmonum sanguine manent inflata: nec sinister cordis ventriculus capere potest, quae dexter attulerit; quod si vero emanauerit sudor, abeunt per poros elasticae, aëreae, et rariores factae partes, ac sequitur exinde aliqua sanguinis condensatio. Quare non melius consulent sibi cholerici, quam vitando calorem nimium, vel abstinendo ab omni labore et permotione sanguinis, si quando sunt aestuoso aëre circumfusi: quieti tunc sunto ac tranquilli, potum sumentes aquosum, acidi aliquid habentem: aut vinum aqua dilutum; aut salia, quae media dicuntur, quibus omnibus possit metuenda sanguinis rarefactio et exaestuatio, si non praecaueri, certe temperari. Proderit etiam blandus motus et calidae potio; sic enim transpiratio cum sudore acceleratur; augeturque adeo, vt omne id exhalet, quod rarefactum est, atque extenuatum. Non minus prudenter euitabunt cholerici potum

nimis

nimis frigidum, vtpote, qui inter hauriendum, bronchialia et pulmonum vascula, oesophago vicina, gelu valde afficit, sanguinemque subtiliorem in minutissimis vasis ita potest congelare, vt stasis eueniat. Potest etiam inde nasci ruptura: haemoptysis, phthysis, vel inflammatio, sicubi sanguis iam fuerit acris; vel peripneumonia: vel erysipelas pulmonum. Insuper cauenda est omnis mutatio praeceps ac subita, ne corpus aestuans in aërem gelidum transferatur; nec aliquae eius partes adhuc feruentes denudentur, aërisque exponantur iniuriae. Etenim per caloris vim resolutae iam sunt quaedam sanguinis particulae et in serosis vasis sepositae, eo consilio, vt exeant per transpirationem: quae si forte impeditur, et aëris frigiditate fines vasorum in cute constringuntur, remanet, quod abire transpirando debebat: et, cum illud acre iam sit, ac spirituosum, vel stagnat, vt, pro conditione partis, quae importunum passa est refrigerium, dolores capitis, grauedo, angina, pleuritis, tussis, colica, diarrhoea, dysenteria oriantur, vel residet in sero, fermentantem ibi motum excitans, ita, vt febris accedat catarrhalis. Si quis igitur persentiscat, laesam frigoris importunitate iam valetudinem esse, in mali remedium

stre-

renuo corpus labore exerceat, ſingulari
nuſculorum motu ſudores intercluſos euo-
aturus, ad eiicienda, quae remanſerant.
otum adhibeat calidum, vel diaphoreti-
ım aliquod, fixis quod magis conſtet,
uam volatilibus; quibus iterato promo-
eatur ſudoris effluuium. Namque hac
epetitione opus eſt; quoniam non tam fa-
le poteſt e ſanguine propelli, quam gene-
ri quaedam peſtis, et cum illo commu-
cari. Sunt, qui putent, lacte caloris ve-
ementiam tolli ac ſopiri poſſe, qui ta-
en manifeſto ſeſe obnoxios reddunt peri-
lo. Eſto enim, vt eius oleum ſalia prae-
atia quodammodo temperata mitiget:
ox tamen nouum conflabitur incendium,
ius larga ſuggeritur materies. Ideo fru-
ra etiam ſunt, qui conantur vinis calidio-
bus, aut ſpiritu vini, calori corporis de-
ſſati medelam afferre. Nam licet ſpiri-
haberi poſſint pro diaphoretico, quod
refactas partes expellat per ſudorem: re-
quunt tamen ſalia acria; ſulphurque iam
cenſum, quod in hominibus tenerioribus,
orum corpus laborum ſit impatiens, opi-
one citius febrem conciliare poteſt ar-
ntem.

§. 103

§. 103.

Similiter accidit cholericis, vt minus prospere valeant verſantes in graui aëre, quem loca gignunt profunda, vliginoſa, paluſtria. Namque grauis aër ſuo pondere magis agit in ſuperficiem corporis et, vaſis compreſſis, duplici de cauſſa minuit tranſpirationem, huic hominum generi prae aliis omnibus maxime neceſſariam. Simul enim fere ſemper humidus eſt, remanet itaque plurimum crudi ſulphuris, ſalibus facilius in aqua ſoluendis, per vrinam exeuntibus. Graui propterea coelo vſi, raro valent ab omni parte, et ſingulis propemodum annis cum tertiana conflictantur intermittente. Qua laborantes, ab aliis immunes manent morbis grauioribus acutisque; eo quod humorum ſiccitas, et actio ſalium in ſulphur, cholericae naturae pernicioſiſſima non valde vrgeat. Dent vero operam, qui verſentur in grauibus eiusmodi regionibus, vt motu vehementi fatigent corpus quotidie, donec lenis erumpat ſudor; noctu etiam bene contegant membra ſudoris proliciendi gratia. Abſtineant a potu aquae merae, eligantque ſibi e cereuiſiarum genere leuiores, tenuiores, bene excoctas et rite fermentatas: cibos nimium pingues euitent: ſereno ſiccoque aëri liberum per conclauia tranſitum permittant.

§ 104.

§. 104.

Purus tandem aër sit, quem cholerico
onducere compertum est: variis enim
aporibus repletus, praesertim iis, quibus
ermentandi vis inest, violat sanitatem.
tenim nulli humores sunt ad quamlibet
ermentationem procliuiores, quam qui-
em cholerici, quippe spirituosi et per-
etua agitatione subacti. Ex quo intelli-
itur, quare grassantibus morbis epide-
nicis, cholerici primum inficiantur: cu-
smodi tempestas vbi saeuire incipit, au-
enda continuo modis omnibus transpi-
tio; vt, si quid mali venis acceptum
, data porta exitum quaerat. Nec
liua deglutienda in locis, malis vapori-
us refertis: omnium enim primo vis
rmenti saliua miscetur; idque in cho-
ricis eo promtius, quo sunt loquacio-
s: os colluant saepissime, idque inpri-
is aceto: alimenta, quae aliquamdiu
erint aëri exposita, fructus maxime
stiuos ante vsum abluant: acidis potum
mperent, vt acido nitri; nec aqua sola
stinguant sitim, vinum rhenanum
rcumspicientes. Quod si vero sentiant,
ntagiosi quid sanguini iam fuisse im-
ixtum, vt fractis viribus imminuat lues,

antequam altiores malum radices egerit, penitusque inhaeſerit ſanguini, vis fermenti, properent ad vomitoria, quibus primae repurgentur viae, vbi primum in cholericis ſeſe exſerit morbus. Deinceps adhibitis per vices abſorbentibus et rhabarbarinis temperatam eiiciant acrimoniam.

§. 105.

Optimum vero tuendae valetudinis praeſidium corporis eſt mundities, nulli hominum generi accuratius ſeruanda, quam noſtris. Atque hoc ipſum prouida iam cauit natura, ſiquidem ſummo ſtudio ferantur ad emundanda corpora, abhorreantque ab omnibus ſordium foetoribus. Etenim libera tranſpiratione nititur ſanitas cholerici, cuius proinde ſumma cura debet eo reſpicere, vt apertos conſeruet poros, alias a craſſioribus partibus obſtruuntur vaſa minima et acre quid relinquitur, quod ſtagnando plus vitii capit et infunditur ſanguini. Quibus incommodis medetur facile commendata mundities, cuius accipiamus rationem. Primum ſunt lintea, quae nudum corpus inuoluunt, frequenter mutanda; vt ſunt: induſia et ſtragula lectorum,

quibus

ibus renouandis apprime ſolent gau-
ere cholerici; neque haec iniuria. Par-
um enim oleoſarum inſignis copia tran-
irat, linteis velaminibus facillime in-
erens, eaque breui multo ſqualore
fuſcans. Quarum partium tenacitas
i orificiis pororum identidem affricatur,
ıs tranſpirandi obſtruit, ac veluti con-
ıtinat: vel etiam ſit, vt iterato calore
que ſudore reſorbeantur iſtae partes
n eiectae, reddantque ſerum valde
purum. Vt vero de earum copia
llis iudicare, perſuadeas tibi, experien-
omnium rerum magiſtra, lintea,
olericum corpus accurate circumdan-
, vno die plus contrahere ſordium,
am corpus melancholicum vix per
tiduum et amplius non contrahit.
inde emundetur cholericus diligenti
nuum pedumque lotione, quam ſi
iſerit neglexeritue, difficulter valetu-
em proſperam tuebitur, tot remanen-
ıs in cute ſqualoribus craſſis ac pin-
bus, qui occludant pororum meatus,
oque prohibeant tranſpirandi nego-
n, ſalia praecipue exhalatis per poros
a et ſpiritu remanent in vaſis minimis,
e ſiccitatem in cute, calorem ſiccum,
qualitatem cutis, tumoremque hinc

 inde,

inde, vel etiam in pedibus clauos pariunt. Quis igitur dubitet iſta remouenda valere cupienti? Recedunt enim interdum ſalia, quae iam per ſtaſin vitium conceperant et, ſanguini miſta, craſim eiusdem turbant; certe inaequalem reddunt circulum et tranſpirationem, vel candor cutis perit; verum adhibita lotione, cum aqua ſapone maiorem detergendi vim adepta fuerit, vt poſſit etiam in oleum agere, aufertur optime, quod poris ſuperincumbebat, emolliunturque vaſa, vt iis faciliori negotio expanſi poſſint expelli noxia. Quin imo bona pars aquae ſimul abſorbetur, idonea ſic citati tollendae, et largiendo humori inſeruitura, quo recreentur partes, quae alias ex lege circuli in corpore cholerico fuiſſent ſicciores. Hoc pacto, quod re ſtiterat in poris, diluitur additurque humoribus denuo in orbem circumactis adaucta ſemper poſt corpus lotum tranſpiratione, nouoque adeo propellitur impetu foras eliminandum. „Quapropter ſuaſerim cholericos vt manus ter ad minimum, faciem bis, pedesque ſemel per ſingulos dies lauet; osque colluat ante capiendum cibum, quoniam ibi magna pituitae vis pari modo ſolet accumulari.

Quam

uam si probe teneat rationem, consu-
t non tantum operi transpirationis, sed
qualitati etiam circuli, quem peragunt.
mores. Etenim siccae cholericorum
xtremitates affusam auide bibunt aquam,
breui ad siccitatem suam redit made-
cta cutis. Cuius rei documentum ipse,
xperientia teste, habui, videns pedes
ccioris cuiusdam cholerici ex calore
ëris lassi, per horae spatium semel
erumque spongia detersos, prope libram
quae absorpsisse. Nec alia est ratio, cur
AHNIVS, celebris ille Silesius sola aqua
niracula pene fecerit, in aegrotis ex
ebribus ardentibus fere derelictis, quo-
um corpus et extremitates alternis aqua
rorauit: exusto enim a calore interno,
exsiccato tali corpore, aqua per poros
enetrans non diluit modo actiua salia,
aequalem restituit circulum, sed ad
ranspirationem quoque et crisin, si quae
dhuc supersunt naturae vires, blande
nuitat. Tertio loco praecipiendum est
holerico munditiei studioso, vt crebra
rictione corporis vtatur? quae si aspe-
ioribus fit pannis, aperit poros et irri-
atione neruorum affluxum ciet spiri-
uum animalium: qui resoluendo, quod
estat in poris, aucta per calorem

 trans-

transſpiratione, facilius noxia extrudunt.

§. 106.

Exinde non difficulter intelligitur, quare veteres Romani omnem ferme ſalutis, valetudinisque curam in balneis poſuerint et frictionibus. Illi enim, ſicut ex nummis patet, tantum non omnes, quorum aliqua nominis celebritas ad nos peruenit, cholericae fuerunt indolis, et frequentiſſime aquilina leoninaque, nonnunquam hircina facie inſignes, tametſi non plane deſint gallis atque draconibus aſſimilandi. Iſti igitur ob coeli feruorem, et ſqualorem cutis ad munditiei ſtudium bene ac ſapienter confugiunt; balneis non modo impuritates abſterſuri, ſed frictionibus etiam aperturi poros. Nec aliam ob cauſſam vngebantur oleo, vt emollita in cute vaſa eo lubentius expanſioni cederent, poſſintque rite dilatari. Non tamen erat ab hoc oleo metuenda forte pororum obſtructio: Namque humores a tergo per vaſa vrgentes, ſi etiam pori ad breue tempus incruſtati fuiſſent, illos rurſus et eo quidem magis aperiebant, quo magis emollita, beneficio olei vaſa apta erant expanſioni. Quin imo his balneis et vnctio-

vnctionibus vsi sunt Romani non tantum ad sanitatem partam tectamque conservandam; sed ad pellendos quoque et arcendos varii generis morbos. Idcirco sane dolendum est, in nostris regionibus balneorum vsum tantopere neglectum esse ac ferme abolitum. Id quidem fatendum, non frequentia inter nos esse haec nobiliora cholericorum genera, quae fuerint in antiqua Romanorum gente; quemadmodum rari sunt leones et aquilae: nihilo tamen minus hi etiam nostrates, quicunque demum fuerint, melius omnino essent habituri, si balneorum et vnctionum vsus plus vigeret.

§. 107.

Pergimus ad quaestionem de illis instituendam, quae solent alimenti caussa sumi. Cibus primum, si quaeras quantus aut qualis capiatur? potest esse diuersus: deinceps etiam ordo non negligendus, quo capi solet. Teneamus igitur hoc in vniuersum: „cholericos insignem desiderare ciborum copiam, eam tamen satis bene digerere.„ *Leones* atque *dracones* auide magnas portiones deglutiunt, quorum ventriculus multum capere, et acribus menstruis in chylum

commutare poteſt; at poſſunt etiam abſtinere diutius, atque inediam tolerare. *Hircus*, non nimium edax facilius expletur; ſed paruus *aquilarum* et *gallorum* ventriculus, quod capere non poteſt, id vel coena longius tracta, vel crebra edendi repetitione compenſatur: qua reſtitutione opus eſt propterea, quod per auctas ſecretiones et excretiones, ſolidae ſanguinis partes perduntur multae. Quocirca non facile euenit, vt edacitas damnum afferat cholerico: cui nec illud nocet, quod aliorum valetudinem opinione citius turbatam laedit. Vnum hoc ſi excipias, ipſum cibum, quem copioſe ingerat, ſua vi atque natura noxium non eſſe debere: fibris inſtructus eſt horum hominum ventriculus admodum robuſtis, vehementique niſu contrahendis. Adde menſtruorum acerrimorum vires ac ſpirituum large affluentium impetus, quae faciunt omnia ad eſculenta quaeuis tam conterenda, quam penitus reſoluenda. *Leones*, *dracones*, et *hirci* ventre cibis repleto ad ſomnolentiam torporemque feruntur; cui adiungit ſe comitem triſtis quaedam moroſitas. Cuius rei ratio ſic intelligitur: quoniam auidiſſime in ſe cibos gurgitant, conuo-

cantur

cantur e reliquis omnibus corporis partibus, et veluti citantur ad ventriculum spiritus, necessarii concoctionis administri. Exin eorum defectus alibi sentitur; interea dum totum quasi corpus intentum est, vt opum summa vi perficiat vnum digerendi cibi negotium. Iam vero si pareant isti somnolentiae, manifestum est, male consultum fuisse sanitati, quam infestat quoque somnus a prandio vltra modum captus: quomodo enim chylus posset sopito corpore distribui, et legitime cum humoribus communicari? nunquam dispensabitur aequaliter per vniuersum corpus, deficiente in somnis motu musculorum; nec noui spiritus e sanguine segregabuntur consumtis prioribus: praetereo tacitus temporis non reparandi nimis pretiosam iacturam; namque tali somno vsi, non erunt idonei muneribus fungendis, postquam expergefacti sunt, manebuntque aliquandiu tetrici, difficiles, morosi; quo tertia diei pars perire facile animaduertitur. „Ergo melius erit actum, si post prandium, vel coenam lautiorem, corporis membra moueant blande et aequaliter:„ gaudio item risuque temperato spiritus e sanguine proliciant nouos. Agiliores post pran-

dium *galli* ſunt et *aquilae:* vtpote quibus eſt ventriculus robuſtus atque muſculoſus, attamen paruus, nec omnem ſpirituum multitudinem ad ſe trahens. Qua de cauſſa immunes ab iſta laſſitudine et inertia, in eadem, quae fuerat antea, perſiſtunt agilitate.

§. 108.

Hic mihi caueant etiam cholerici, ne prius nouos ingerant cibos, quam priores plane ſubactos confectosque ſentiant: alias enim naſcerentur cruditates. Ventriculus et inteſtina non relaxata, contractionis ope ad ſtatum naturalem non revertuntur, iuſtamque intentionem paullatim amittunt. Qui ſecus fecerint, eorum ventriculus nonnunquam ſummae verocitati ita adſueſcit, vt perpetuis diſtendi cibis poſtulet. Quod mirum non eſt, menſtruis cholericorum rariſſime deficientibus, quoniam, ſi quid eorum fuerit abſumtum, noua mox e cibis concoctis ſuggeruntur. Nam ſemper abundat cholerico in ſanguine building biliosus atque acris humor, qui breui ſecernitur, tanquam primarium cupiditatis edendi et concoctionis inſtrumentum. Itaque cholericus indulgere ſi velit huic inſtinctui, nun-

nunquam nisi plane repleto satietatem profitetur ventriculo. Si quis autem scire cupiat, quem debeat accurate temporis articulum obseruare in saturationis negotio, eum probe sequatur, quo cibi fiunt insipidi et in ore amarum quendam excitant saporem; scilicet sapor a saliua oritur, quae quamdiu est insipida et large profluit, possunt sine noxa capiendis cibis indulgere; cum vero ad amaritiem verti coepit, talemque saporem communicat cum cibis insipidis, iam exhaustae sunt ordinariae ac sufficientes saliuae particulae et illae, quae inter manducandum exprimuntur, profundius hauriendae sunt e sero sanguinis adhuc crudo, quod semper in cholericis amaro est propinquum. Caeterum exhaustis saliuae opibus, ad reliqua menstrua eadem valet vis argumentandi.

§. 109.

Frigidi cibi quantumlibet in aestatis feruore mirum abblandiantur cholericorum palato: nullo tamen pacto conducere possunt, si panem excipias et alia cibaria frigidiora, quae assis carnibus iungi solenne est. Etenim postulant hi cibi aerius menstruum, neque facili via et ra-

tione

tione concoquuntur: propterea, quod cohaerent arctius, et interstitia, quae per calorem expandi debent, sint occlusa. Verumtamen acetaria, quae moris est apponere cum assis aliisue calidioribus cibis, eam quidem ob caussam rectius possunt concedi, quoniam cibis, quorum minor moles multum dat nutrimenti, sumtis, necesse est, vt his alii coniungantur parum nutrientes, et ventriculum tandummodo distendentes. Si quis enim tantam carnis assatae, siue a quadrupedibus sit, siue a volatilium genere, velit sumere copiam, quanta replendo ventriculo requireretur; profecto quinque vel sex librae non essent suffecturae, cui ferendo non responderent vires oneri, menstruaque essent prorsus imparia tanti molae soluendae ac digerendae. Proinde apponuntur cum istis cibis lactucae, acetaria, brassicae, vel etiam poma, quae quidem expandendo ventriculo sint idonea, parum tamen corpus alant, nec vnquam prorsus menstruorum vim exstinguant.

§. 110.

Solent praeterea cholerici duriores cibos, sale conditos, fumoque induratos et,

et, si assi elixiue sint, semicoctos, et crudum fere sanguinem adhuc stillantes in deliciis habere; neque id iniuria, vtpote qui validas habent ventriculi fibras, vna cum acerrimis menstruis; quo fieret, vt tenuiores, leues mollesque cibi facillime dilapsuri in momento temporis resoluerentur; nec esset quicquam, quod actioni ventriculi resistere, menstruaque in se recipere queat. Igitur statim vacuus redderetur ventriculus; neque chylus e nimis mollibus cibis ductus sufficeret viribus corporis conseruandis. Modum tamen in eiusmodi duris, crudisue alimentis teneant, ne magnum incurrant valetudinis periculum; alcalicus enim, et procliuis ad putredinem chylus ex illis generatur, qui praeter varios morbos hoc etiam solet incommodi conciliare, vt cutim reddat pallidam, vigorem frangat, oris foetorem excitet et flatus moveat quam maxime putridos. At si fuerint, qui, perstantes in sententia, nollent ab huiusmodi edulibus sese abstinere; hoc modo velim teneant cautionis ergo, vt omnia dentibus comminuant diligentissime, adiungantque tam panis, quam vini copiam; quorum acidum balsamicum alcalicam putredinem infringat.

§. III.

§. III.

Sic et oleoſos pinguesque cibos vehementer appetunt. Butyrum ſolum ſine pane et carnium adipem ſine ſale, frigidum praecipue poſſunt impune ferre, ſatisque per bilis acrimoniam concoquere. Sed auctor ſim illis, vt hac in re modum adhibeant, niſi penitus velint labefactare, atque euertere fibrarum vim, quae cum ventriculo, tum inteſtinis inſunt, et per oleum nimium quantum emolliuntur. Timendum pariter eſt, ne in ſanguine accumulentur ſaponaceae et oleoſae partes, impuritatibus cutis, vt ſcabiei, occaſionem praebiturae; certe tranſpirationem ita oleoſam redditurae, vt cutis perpetuo madeat ſqualore, ſingulari ſtudio munditiei curanda. In quibusdam, quorum natura eſt fortior, accidit, vt periculoſos iſtos adipes pati, concoquere, et in corporis partes rite transmutare queant; hisque deinceps alimentis pinguiſſimis ſaginentur ipſi, et aqualiculum valde obeſum portent. E quibus diſputatis conficitur, tantum adipis innoxie ſumi, quantum pro re nata per bilem ſolui, mutari in ſaponem, et cum ſanguine communicari poſſit. Igitur qui copiam bilis geſtant in inteſtinis, ſecurius

poſſunt

ɔoſſunt veſci carnium adipe et cuiuscun-
jue generis pingui. Vnum adhuc mo-
ıendum duxi: nempe illos praepoſtero
gi ſtudio, qui ſale, pipere, aliisque acri-
ɔus ſolutionem oleoſarum partium a bile
ɔeragendam promouere conantur: quodſi
enim ipſa bilis in ventriculo non par eſt
ıegotio feliciter abſoluendo, etiam reſo-
utae iſtae particulae acrium interuentu,
ıequaquam expedient corpori. Sin vero
ɔilis ſufficit iis bene ſoluendis, quid ſale
lemum et piperis acerbitate opus eſt?
uare omnes, qui pinguedines ferre ſine
is adiumentis rerum acerrimarum ne-
ueunt, meo quidem conſilio rectius ab
orum vſu prorſus abſtinerent.

§. 112.

Similiter cholerici piſces, ne pinguiſ-
imo quidem anguillarum genere exce-
to, non laeſi ferunt, et illis inſuper mul-
ım delectantur, a quibus eos mox vio-
atum iri conſtat, quibus bilis ineſt debi-
or. Imo et noſtri nihil ab acribus cibis
netuunt mali, cum bilis oleum iſtud prae-
aueat. Ita poſſunt, magnam fructu-
m aeſtiuorum copiam ferre et acidulis
uidem, oleoſis, dulcibus oblectantur,
uin imo pepones ſine ſale et pipere, il-
laeſi

laesi comedunt. Suaserim tamen, nimis ne fidant viribus concoquendi; etenim, si multoties id agant, nec spatium ac iustum temporis interuallum ventriculo concedant, vt sufficienter possit contrahi, adeoque subigere cruditates nondum in partes corporis mutatas, et sero adhuc immutantes; facile fit, vt ex nimio vsu malorum persicorum, prunorum similiumque frigus immoderatum intestina percellat, serique salia reddat impura. Ex peponibus autem atque cucumeribus generantur vulgo cruditates alcalicae, ad putredinem pronae: ex vtrisque tandem exoriuntur febres et cacochymiae.

§. 113.

Hinc intelligitur, cholericos, si, gulae indulgere sine noxa posse, in magna felicitatis parte ponendum videretur, eaque voluptas vere dici posset, esse beatissimos, cum varia sumant, ab omni detrimento immunes, de quibus aliis vix cogitare liceat; simulque polleant gustu exquisitissimo, cui sine metu satis posse facere sibi datum sit. Quod vbi fit, ex ipso plerorumque vultu discitur voluptas, quam inter edendum percipiunt.

Et

Et hi fere erunt, qui artem culina-
iam suis inuentis tantum locupletatam
d meras gulae delicias transduxisse di-
endi sint: ita, vt nihil dubitem, Apici-
m istum lurconum epulonumque pa-
rem fuisse, leonina facie indutum, veluti
iperius explicatum est. Itaque choleri-
us potest saluus manere et incolumis,
coquus etiam non valeat meminisse,
uot partibus diuersissimis cibos com-
osuerit, quibus ille fruatur: modo
fficientem corpori motum nunquam
eneget.

§. 114.

Nunc vero, si velimus ordinem cibo-
m respicere, certo constat, nostros vix
randio coenaque contentos esse, ac sae-
ssime sibi adhuc ientaculum poscere.
alli cumprimis et *aquilae* ducuntur
endi frequentia, vtpote quorum exi-
ius ventriculus requirat vel in lon-
m tractas, vel saepius repetitas dapes.
atim his mouetur saliua, si pomum ali-
od, si placentulam, si crustulum, si pa-
m similagineum conspiciant, famem
pleturi. Neque tantis, tamque variis
orum generibus forte grauantur, nisi
dundantia sanguinis et obesitatis pon-

dere premantur nonnunquam; perinde ac genus ciborum vnum idemque acrivm praesertim, salitorum, fructuumque aestiuorum, nimium frigus inducentium, potest sanguini vitiosam inferre materiam, cacochymiae molestam genetricem. Quare sit etiam his in rebus modus, ac certi sint fines; nec abutantur cholerici menstruorum robore, quod infringi solet postremo, licet antea saepenumero vitia ciborum, panis ac vini ritu correxerit, adiutum valido arteriarum motu et contractione, quibus malas partes modo subigunt et conficiunt, modo e corpore expellunt cholerici: nonnunquam praeterea sudore quoque, vomitu, aluique profluuio, in remedium istius vitiositatis feliciter vsi.

§. 115.

Igitur cum cholericis Ceres amica sit, Bacchus tamen videtur minus fauere. Neque hoc aliquid habet momenti, cum valde tenuis et exilis sit eorum instinctus ad compotationum delicias. Sitiunt quidem et per internum calorem, auctasque secretiones siccitatem facile contrahunt; perinde ac propter sputationum frequentiam et loquacitatem os exarescit, adeo

ideo, vt saepius ferantur ad potum. At-
amen plerumque aquis, vel cereuisia
enuissima contenti sunt, minimoque
rtim restinguunt haustu. Per naturam
bhorrent ab omnibus spirituosis largius
austis: et nisi forte *hircus gallusue* inter
acetias et risum, quasi se ipsos fallentes,
el ab aliis interdum decepti peccent,
unquam cholericum videbis ebrium;
nmo potius ebriositatem et ipsos ebrios
ine peius et angue fugientem. Neque
oc iniuria. Sunt enim humores illo-
um iam in se et natura sua spirituosi,
bullientes, feruidi et acres, vt exagitatis
iis vel a leui caussa, iam ebrii videantur.
vero praeter haec insigni adhuc desi-
erio ad spirituosa ferrentur, quibus hu-
iores magis redditurі forent ebullientes,
ruidos ac spirituosos: qualis, quaeso,
nguinis feruor inde metuendus esset?
uanta febris ardentis accessio? nam so-
nnis vehementia actionum per se ali-
am praebet ebrietatis speciem, quam
ordinatus et rationi non parens spiri-
um motus, ne in furorem verteret,
riculum esset. Nec sentiunt etiam
ostri, quas alii in compotationibus perci-
unt voluptates, quod ita apparet. Fac,
s antea loquaces facetosque fuisse, faci-

 les

les omnibus et iocofos: nunc vino et fpi-
ritu dominantibus morofi fiunt, rixas mo-
vent, contradictiones vel minimas aegerri-
me ferunt, fuperbiunt faftidiofe, alios con-
temnunt; breui quoque fentiunt nau-
feam, et vomendi conatibus irritantur.
Poft ebrietatem contractam fomnum ca-
piunt non fatis quietum, torquentur cra-
pula, auctisque internis ardoribus, nifi
vehementi fudore permaduerint. Con-
fultius itaque agunt cholerici, atque
fuae naturae conuenientius, fi aquae po-
tui, feu tenuioris cereuifiae dediti fint;
fpirituofis quibuslibet non nifi moderate
vfi. Nam craffior illa cereuifia, quae
hordeo lupuloque nimis incocta eft, tan-
quam Martisburgenfis, pectori eft, inimi-
ca; quod oleum fuperans iam in fan-
guine magis adaugeat. Nec minus vten-
dum cereuifia e tritico parata; albam vo-
cant vulgo. Hoc enim potu ordinario
facillime commouetur fermentatio, ad
quam fanguis cholericus iam per fe pro-
cliuis eft, adeoque coaceruatur nocen-
acrimonia. Vinum, quod bibant noftr-
vel ad Mofellam vel ad Nicrum vel in
Franconiae finibus natum fit, idque aqu-
temperatum. Abfint contra longiffim-
vina Gallica; nifi forte minimis pocul-
hauft-

naufta, Gallorum more, non itidem Germanorum: qui magnis vrgeri culullis non reformidant. Recedant quoque Austriaca, Hungarica, Bohemica vina: spiritusque omnes per fermentationem extracti, quos dicunt adustos. Horum enim est, non efferuescentiam modo summumque ardorem excitare, sed acrimoniam quoque relinquere, et humoribus, et vasis multum nocituram.

§. 116.

Si vero forte acciderit, vt, errore admisso, largius se inuitauerint nostri; vel tunc remittant et a bibendo cessent, cum vinum, iucundum in palato gustum amittens, amaritudinem videtur contrahere, qualia iam superius de ciborum vsu praecepimus. Attenti ad hanc rem nunquam a vino decipientur. Id vero negligentes, et vnum tantumodo haustum hos vltra fines a nobis praescriptos sibi ingurgitantes, statim redduntur impares huic puncto temporis diiudicando. Vinum enim priorem recipit saporem, dum acuratus sensus propter excitatos spiritus perit, et inscii, imprudentesque inebriantur; vbi porro noxas a nimio vel vino, vel spirituoso potu timendas praecauere

K 3 cupi-

cupiunt, aut abſtineant a potu, aut, non-
niſi aquam, et quidem paullum nitri ad-
miſcentes bibant. Poſſunt quoque, niſi
ad nauſeam fuerint procliues, herbae In-
dicae, quam Thée vocamus, potu calido
recreari. Non minus laetitia, cantu,
motibusque corporis auctis conſeruent
vehementem humorum circuitum, quo
per multiplicatas ſecretiones excretiones-
que ſuperflui e corpore prodeant humo-
res. Nec prius vero cubitum eant, quam
releuatos ſe ſentiant. Quod ſi intermiſe-
rint, caueant certe, ne corpus lecto com-
miſſum ſitum teneat nimis reſupinum:
ſed caput prae aliis membris rectum ſer-
vetur, ne ſpirituoſi humores nimis fre-
quentes eo adſcendant: ſic etiam ſudorem
corpore bene contecto prouocent, idque
faciant tam diu, donec nulla ſuperſit am-
plius in capite grauitas. Siti forte no-
ctu preſſus, aquae frigidae potum fugiat;
quo futurum eſſet, vt, ſecretionibus con-
turbatis relinquatur in corpore, quod eiici
debebat, ſed euigilans, ſicubi cruditas,
quae reſidua in ventriculo nauſeam mo-
veat, ſentiatur, excitet vomitum, leniat-
que ventriculum poſtea calido iuſculo:
poteſt quoque corpus per aliquot horas
adhuc in lecto contineri quietum cali-
dumque,

lumque, vt reſtituatur circulus humorum
equalis. Verum, ſi motus ſpirituum ad
ſtas aequalitates et conſueti ordinis leges
ondum redierit, adhibeantur huic rei
erficiendae aliquae liquoris anodyni
guttulae.

§. 117.

Non autem facile in maiori verſatur
ericulo ſanitas noſtratium, quam ſumtis
otionibus iuſta fermentatione nondum
atis defoecatis, vt ſunt nonnulla cereui-
arum genera, vinum dulce, arte magis,
uam natura perfecte elaboratum, mu-
um, vel iſtud potulentum, quod com-
onitur aut e ſpiritu vini vel oryzae,
cido citri, ſaccharo, et aqua calida: aut
vino rubro cum pomis aurantiis toſtis
t ſaccharo, emulſiones diuerſi generis,
monadae &c. Quae quidem omnia
ermentationem excitantia ſunt, eamque
pſam in ventriculo et inteſtinis iam in-
hoant: gignunt flatus et colicam:
n ſanguinem delata ex natura fermen-
ationis dant occaſionem catarrhis atque
bſtructionibus varii generis. Accedit
rtiam, quod inquietum et anxium reddi-
ur corpus ob occultos ardoris ignes, hae-
entes in ſanguine. Fiunt autem iſta

hanc ob cauſſam, quod per acidum citri, ſpirituoſum et acre magis temperatur ac figitur. His non celerrime expulſis, violatur ſani corporis integritas. Namque amplitudine quidem cholericorum vaſa lactea praeſtant; excretorii vero fines vaſorum ſanguiferorum minus patent; vnde fit, vt fluida promte quidem ferantur ad ſanguinem; longius autem haereant retenta in ſanguine vaſisque; niſi caloris ope, validaque arteriarum contractione ſubigantur. Aliter ſe res habet in phlegmatico et ſanguineo, vbi lacteorum anguſtia viam crudioribus partibus occludit; nec minus in melancholico, vbi lactea quidem facile pertranſeunt; per amplas tamen vaſorum excretoriorum fines non difficulter eliminantur; at cholerici vaſa nimis diu retinent iſta omnia, vt adeo requiratur interna particularum agendi vis, qua ſoluantur, et validi motus firmitas, cuius beneficiis expellantur. Exinde colligas, cholericum, huiusmodi potionibus laeſum, debere quidem amaris atque ſtomachicis actionem in cruditates, earumque ſolutiones promouere: his tamen remediis nimis diu non eſſe inhaerendum; namque ſtimulus ad euacuationem mox eſt adiungendus:

ctus: ficubi naufea fentiatur ad vomitum; fin flatulentia et colicus dolor ad laxandum aluum.

§. 118.

Ex eadem quoque ratione acida, fcilicet fuccus citri, et acetum: nec minus Rhenanum vinum certo refpectu minus conueniunt cholericis, quantumlibet his potuum generibus ad refrigerium maximopere delectentur. Impediunt enim haec fulphuris oleique folutionem, dum calorem, motumque humorum nimis temperant, qui tamen femper auctior effe debebat. Agunt contra magis in terreas fanguinis partes, illasque foluendo aptas reddunt, quae in vafa minima penetrent et per excretoria egrediantur. Si vero terra cholerico in fanguine eliminatur, leuior redditur illorum fanguis, ac facilius folubilis. Rubicundus fanguis in minima tranfit ferofa vafa, et indigena quidem infigni et eleganti rubore cinguntur; facile vero in pulmonum vafis inde obftructio, ruptura, fputum cruentum, tuffis, etc. fequitur. Simul bilis in hepate fecretio ab acidis maxime turbatur. Haec enim quum fo-

 lutam

lutum oleum, alcalique poſcat acre et vtrumque per acidum infringatur, iners magis redditur et ad ciborum oleoſorum ſolutionem minus apta. Turbatur itaque chylificatio, viſcidus elaboratur chylus et pituita generatur.

§. 119.

Calidum potum ſi quis vnquam ſane cholericus magni aeſtimat, atque is eſt, qui Thée et Coffée ſorbitionibus prae caeteris delectetur; quum enim propter ſiccitatem ſaepius bibere cogatur, magnos tamen hauſtus faſtidit, deinde aquoſa magis et dulcia quaerit, quam ſpirituoſa et amara, et facile videas, his potiſſimum deſiderium hominis expleri. Calidi quippe potus pauxillum multo celerius oris ſiccitatem tollit, pituitam in ore haerentem ſoluit, et ſitim exſtinguit, quam multo maior copia frigidi. Nec facile accidit, quod aliis eſt ſolenne, nempe vt calidae potus ventriculo debilitatem afferat; quoniam robur fibrarum, internusque calor hoc auertunt, calidamque breui per omne corpus dispertiunt. Imo ſalutaris eſt calida potio viribus aliquantum grauatis. In cholerico enim

ſeroſae

erosae cruditates, quae nequeunt excre-
oria penetrare, iaciunt vulgo morbo-
um fundamenta: calida vero salibus sol-
endis par est, et oleosis crudioribus par-
ibus diffundendis atque ad excretionem
raeparandis. Quare natura duce chole-
icus tunc auet potum Thée, lecto se
committens, et transpirationem reddens
aciliorem; at potus e fabis arabicis pa-
atus, quem vulgo Coffée vocant, his
ominibus non aeque conducit, quo par-
ius vti debent. Huius enim oleosae
artes ab adhaerenti terra leui factae spis-
iores; per calorem vero veluti solutae
t subtiliores redditae, penetrantes lactea,
anguinem nil minus grauem faciunt,
leosumque. Retinent etiam sulphura
ubtilia, quae debebant per transpiratio-
nem auolare: quo pacto magis expan-
luntur arteriae, quarum pressioni sanguis
esistit in vasis minimis: in artibus regnat
nuisa quaedam grauitas cum torpore,
nxietatibus infestantur praecordia, spi-
ituum non est aequalis influxus, oritur-
que tremor, aliaeque molestiae. Mede-
ur quidem his malis aliqua ratione potus
rigidae; sed sumendus est tunc statim,
um restat adhuc liquor Coffée in ven-
riculo, vt hoc ipso amittat oleum calo-
rem

rem ſuum, ac ſubtilitatem, adeoque vim, vna cum terra per lactea transeundi. Contra ſanitati efficit aduſtum vinum poſt Coffée hauſtum, quo valde periculo auſu nonnulli volunt ſulphur atque oleum illud reddere magis fluidum, non reputantes, quam facile poſſit inde ſequi humorum ebullitio noxia et inflammatio.

§. 120.

Lactis, quo mire delectantur cholerici, poſſunt ob acrimoniam bilis magnam copiam ferre, quo etiam ſalia ſanguinis quodammodo temperantur. Nimius autem lactis vſus plethoram excitat, et moleſtam corpori oleoſitatem, niſi laborum intercedat aſſiduitas. Lac, butyro vacuum, reſtinguit quidem ſitim et recreat, poteſt tamen fermentationem creare nociuam. Carnium iuribus capiuntur etiam praecipue ex noſtro genere *galli* et *aquilae*, idque poteſt eatenus concedi, quatenus hic cibus apprime nutrit, facileque ſolutus accedit maſſae corporis; nolim tamen, vt iis aſſueſcant: eſt enim ſub noſtro coelo leuius hoc alimentum, quam quod ſufficiat, virium ſatis ad aëris iniurias, laborumque moleſtias firme tolerandas.

§. 121.

Inter potuum genera recenſeri poſſunt minerales etiam aquae, quamuis non nutritionis cauſſa ſumantur, ſed medicaminis, quo fit, vt repugnent alendo corpori. Nutritio nimirum poſcit mucilaginem, terram puta per ſpiritus ſubtiliſſime ſolutam, et, ſpirituum ope, non ſalium, aquae miſtam. Salia enim, quia ſubtilem terram ſero inferunt, vt vna cum eo per excretoria poſſit eiici, obſunt nutritioni, illamque impediunt: nunc vero aquae minerales per mineralem ſpiritum ſoluunt quidem terreas partes et reddunt ſubtiles; ſed propter ſalia, quae continent metallicae indoli vicina, illas ſolutas ſero admiſcent, et iniecto ſtimulo euacuante per excretoria proiiciunt. Conducunt itaque tunc tantum cholericis, cum ſanguinem habent cruditatibus bilioſis, pituitoſis et oleoſis partibus plenum, quae non ea ſunt ſubtilitate, vt, pro nutritione fibrarum interſtitiis adponi, nec ita ab inuicem ſegregatae et ſolutae, vt per excretoria emitti poſſint. Illis ſcilicet proſunt, qui obeſi vel impuritatibus cutis obnoxii ſunt, quibus quaedam antea vſitatae excretiones fuerint ſupploſae, vt grauitatem inde ſentiant

artuum.

artuum. Ea tamen lege aquis his vtantur, vt caute nimis elasticam, v. c. Pyrmontanam adhibeant, ne humores ad turgescendum proni multo magis inturgescant, viasque insolitas quaerant. Simul addant semper, si forte desit, stimulum ad euacuationem, quo id, quod per spiritum et salia mineralia solutum est, exterminetur, nec vnquam remaneat. Alias quidem in ipso aquarum vsu leuamen sentiunt, dum fluidi redduntur magis cohaerentes humores: at, dissipato spiritu, qui solutionem procuraverat, cohaerent rursus paullo tantum dispulsi humores viscidi, et molesta nascitur malorum recidiua. Graciles vero cholerici, quibus acres magis et spirituosi, quam oleosi et saponacei sunt humores, malo semper illis vtuntur euentu. Inde enim blandi et mucilaginosi humores acrimoniam temperantes eiici solent, nutritio, quae iam deficit, magis imminuitur, nec vllum leuamen, quod ad temperandos ebullientes humores quaerebant, inueniunt. Consultius tales agerent, si temperantibus, vt sero lactis, cremore tartari parato, vel lacte caprino, verno tempore adhibeant sanitati curam, et pectori, cuius propter rapidum humoris

ris per pulmonum vaſa motum anguſtia
vexantur, circumſpiciant, ſed ab omni-
bus ſalinis mediis et acribus abſtineant.

§. 122.

Quantum cholericis bibere liceat, vix
accurate definiri poteſt, quum, modo
magis, modo minus pro ſecretionum et
excretionum vel augmento, vel diminu-
tione requiratur, ac praeterea fere con-
ſuetudine res omnis nitatur: optime age-
rent ſitim expectantes, varius quoque eſt
modulus pro ratione generis potus. Sic
mera aqua ſitim leuaturo maior opus eſt
copia, quia celerius per minima vaſa
tranſit. Et aqua ſemper ſolidiores par-
tes ſecum rapiente, lautiori prandio,
coenaque ſimul vtendum, quibus hae
reſtituantur. Adde, quod laboribus
exercitum corpus vix in noſtris terris
aqua poſſit eſſe contentum, ad ſitim ex-
tinguendam, viresque conſeruandas: idque
propter celerem aquae per excretoria
tranſitum. Neceſſe eſt potius, vt aliquid
ſolidius admixtum bibatur, quod maio-
rem impertiatur cohaeſionem. Quemad-
modum cereuiſiae tenues exacte perfun-
guntur illis, quae faciunt ad rem chole-
rici.

rici. Minor earum portio ſitim pellit, et apta eſt ad humores fluidos ſeruandos. Vino, ſi quis velit ad ſiccitatem tollendam vti, ebullitionem humoribus contrahet, feruoremque pernicioſum: quod ſi fuerit aqua temperatum, tenuis nimis eſſet potus, atque citius diſſipandus. Inter coenandum bene actum eſt, ſi penitus a potu abſtineat cholericus. Etenim ſaliua et menſtrua iam praeſentia ſufficiunt recludendis cibis. Noctu penitus quamuis vrgeat ſitis, potum fugiat, chyli praeparationem turbaturum. Illam vero conſuetudinem, quae nunc inualuit vſu, ſorbillandi ſtatim a prandio potum Coffée, frigido vnice relinquat phlegmaticorum et melancholicorum ventri.

§. 123.

Inter ea, quae capiuntur ore, poteſt quoque tabaci vſus, quando fumus eius per canaliculum tractus exſugitur, referri Quod quidem iure cholericis nociuum dici oportet: hi enim iam ſe et natura ſua ſunt ſputatores, rapidusque humorum verſus ſuperiora motus auctas in cápite ſeruat ſecretiones. Cum itaque ſtimulus per acria tabaci ſalia nouus additur, quo ſaliualia vaſa

irri-

rritentur, adfluxus humorum verſus
landulas valde augetur; ſerum ex vaſis
naioribus attrahitur et velut e fonte ma-
at ſaliuae liquor, cuius riuis inundant pa-
imenta cholerici. Cum vero tanta aqua-
rum partium multitudo ex faucibus fue-
t extracta, ſiccitas iure timetur in caeteris
ciei partibus. Salia ſunt in minori ſeri co-
a ſoluta, calor, ex actione ſalis et ſul-
uris ortus, non temperatur: ſtaſes ergo,
ſtructionesque in reliquis capitis partibus
carotidibus irrigatis oriuntur. Praeter-
tabacum, per eam quam mouet ſiccita-
m, oculis potiſſimum nocet, quibus mul-
m humiditatis opus eſt. Periculum por-
maius incidit in eos, qui tabaco iun-
nt vinum et ad candelam oculorum
iem intendunt, vel camini calore oculos
uent: tunc enim ſanguis magis incendi-
r, et ſtaſis eiusdem in ſubtiliſſimis ocu-
rum vaſis commouetur; ſimul eiecta
utando ſaliua, ſapor ciborum vel immu-
tur, vel non accurate exprimitur, et ſa-
ua quum primarium ſit ad inchoandam
ncoctionem menſtruum, primo iam
bilitatur concoctionis facultas Vnde fit,
qui largius tabaco vtuntur, breui ſatien-
, ac male concoquantur; deinde etiam
boratus chylus non ſatis diluitur, et ma-

net viſcidior. Multi deglutiunt ſaliuam quae vero, impraegnata peregrinis et nauſeam magis vomitumque, quam appetitum cientibus ſalibus, vires menſtrui, cibos ſoventis praeſtare nequit, quo chylificationem non parum turbari compertum eſt.

§. 124.

Nunc quidem non vniuerſe omnibu cholericis tabaci fumos aequaliter nociuo dicere auſim; nam quidam, corpus ſucc plenum nacti, ſicut etiam illi, quibu inter fumandum ſaliua non vbertim e fluit, non nimis laeduntur. At enim vero mihi potiſſimum ſermo eſt de iis, qu graciles ſunt et ſiccitate iam laborant; Il ſane maciei incrementum, virium et coloris in facie vegeti defectum breui ſentiunt, tabaco abuſi. Si quis vero hui conſuetudini nolit renunciare, caueat modo, ne vel tres ad minimum horas ante vel poſt ciborum ingeſtionem tabacum ſugat; ne ſaliua deſit ad concoctionem neceſſaria. Fugiat vinum et ſpiritum vin omnibus modis, et praecipue vino aeſtuans quamuis tunc in delicias verti ſoleat iſt fumigatio, omittat illam. Crebrius aquam vel cereuiſiam inter ſugendum bibat, ne ſic

rus assideat: exinanito etiam tubulo fi-
i os prius eluat, quam nouam accen-
; sic enim oleum saliaque tabaci abster-
itur. Tandem si quis foetorem oris ex
aco vitare voluerit, aquae acetum ad-
Caeterum reiiciatur omne tabacum,
od grauibus acribusque salibus perurat
uam, quoniam per irritationem istam
uxus saliuae augetur.

§. 125.

Sic et sternutatorius puluis medicina
is sit, quam quotidiana consuetudo.
ementem enim, quia vulgo acris est,
ationem, et hinc adfluxum humorum
chneideri narium tunicam ciet: ex quo
s, narium obstructiones, neruorum com-
siones, olfactus imminutio, ozoena deo-
possunt, et oculorum, naribus confi-
n exsiccationes. Quo qui moderatius
tur, per sternutationem excitatam vi-
ores redduntur; praecipue cum lassitu-
torporque corporis ingruerit: restau-
vigor, atque pituita in naribus colle-
exsiccata, et parietibus adhaerens in-
uasi euellitur, odoratusque redditur
o subtilior. Ambas denique consue-
nes tam fumigandi tabaci, quam ster-

nutatorium puluerem naribus inferciem
pituitosae phlegmaticorum, et minus se
sibili relinquant melancholicorum gr
quibus saepe est medicina; cholericis a
tem semper fere res noxia, in quoru
corpore siccitas temperamenti, insignisq
neruorum sensilitas, si non plane pernic
sos, certe superfluos reddit hos tabaci vs

§. 126.

Somni porro vigiliarumque legitim
vices plurimum habent momenti ad sa
tatem cholericorum. Spiritibus, qui su
in cerebro secreti, per viuidas, quibus p
lent actiones, consumtis ac spirituosis p
tibus, quae in sanguine elaboratae, secr
tioni spirituum animalium materiam su
peditant, exhaustis, praesentibus tande
spiritibus non idoneis vigori corporis sus
nendo, exoritur somnolentia, cui vix r
sisti possit: cui si velint cholerici etiam vi
afferre, seque nihilo secius dare ad vig
lias vlterius ducendas, non sibi similes m
nent amplius: remissae forent ac tard
actiones omnes, nec memoria, nec ing
nium videretur adesse, vt prope posse
haberi pro phlegmaticis; somno hanc
caussam reficiantur, necesse est; huiusq
op

e nouos colligant ſpiritus. Nam pro-
ctis dedita opera vigiliis, non modo de-
tura eſſet actionum alacritas; ſed futu-
n etiam, vt interrumpatur vniuerſus hu-
rum circuitus: infirmatur ſenſuum vis
cipiendi accurate, perceptaque diſtin-
endi: ſubrepit ingens laſſitudo, omnium-
: motuum aberratio a regula; ſiccatur
ne potu quidem accepto rite humectan-
n, obſtruuntur nares, acceleratur ani-
e reciprocatio; abdomini incommodo
t flatus, calor ſiccus regnat, grauitas ve-
noſa membris incumbit extremis: pedes
nique intumeſcunt.

§. 127.

Quamquam vero ſomnus huic generi
topere eſt neceſſarius; tamen facilius
ue celerius, quam in aliis abſoluitur.
mno quidem indulgendi vbi data fuerit
ultas, ſtatim profunde obdormiunt cho-
ci, quamuis ne lecto quidem excepti,
eſtibus adhuc induti, ſiue ſedeant, ſiue
umbant; tametſi quoque res adhuc ex-
nae in illos agant vehementius; exper-
acti etiam, at ſomno nondum recreati,
im in illum relabuntur, nec, quid in-
ea egerint, recordantur; ſi vero meliori

 ordine

ordine requiefcere fomno fit animus, il
fe non dedant, nifi tres circiter poft co
nam horas et aliquo tardius poft illam
quae largior fuerit: antequam lecto fe com
mittant, frigida os colluant et cyathun
eiusdem hauriant; eo confilio, vt, quo
adhuc ineft ventriculo, perfecte mifceatu
et eo melius concoquatur; tunc veftes, qu
bus corpus ftringitur, remoueantur, vt fi
aequalis nocturno tempore circulus fiat; po
des, et genitalia frigida lauentur, et tum
eatur cubitum; lectus vero ad rectam ma
gis lineam ftructus fit, quam ad fupinam
decliuitatem, vt hoc modo fanguis vbiqu
circulum aequaliter abfoluat. Stratum n
fit nimis molle, nec vbique cutem contin
gat, quo calor in corpore retineatur: te
gatur etiam corpus optime, non vero, vt
nunc paffim moris eft, leuibus illis inuo
lucris, fed grauioribus; quo calor in lecto
retineatur, et corpus ad tranfpirationem
inuitet; male enim agunt cholerici fudore
euitaturi, praecipue, vbi veniant vltro, e
ad illos procliuis fit natura. Salus quippe
cholericorum vnice in tranfpiratione pofi
ta eft: eaque neglecta confeftim laeditur
Quae vbi non fequitur, neceffe eft, aluum
poft fomnum habeant laxam; fin vero ne
que hoc contingat, hypochondriaci fiunt

Cubi-

ubiculum, in quo ſomnum capiunt, ne humidum, nec etiam calidum nimis, ulto minus vaporibus varii generis referm. Id enim cholericis multo grauius iam reliquis damnum infert; quocirca iro ac ſereno aëre feneſtrae, portaeque eriantur, vt illi detur tranſitus interdiu: iem tamen nocturno tempore penitus inrcludendum cenſeo, ne inaequalis exoriar tranſpiratio.

§. 127.

Vbi euigilauerit noſter viresque ſenſe reſtitutas, ſurgat illico ad labores redirus, etiamſi breue fuerit ſomni temis. Sanus enim huius generis nuniam prius expergiſcit, quam poſt ſpiris ſufficientes ſecretos et reſtitutos. Hac cretione abſoluta, ſi quis de nouo in ſonnum relabi velit; vel, ſi quieſcendi tanım cauſſa in lecto remanſerit: ſpiritus iam ecreti remiſcentur ſanguini, etiam ſeparatis liquoribus: vnde ſanguis fit rarior, elerius circumuectatur, liquores ſecreti nagis fiunt elaſtici, excernique nituntur, ritur calor, ſudorque non criticus amplius t recreans; ſed vires frangens, inaequas redditur ſanguinis circulus, ſpirituoſae

eius partes ad ſuperiora feruntur: carotidis rami replentur, expanduntur nerui et comprimuntur, vt obſcuri fiant ſenſus, animusque reddatur moroſus, ad iracundiam, aliaque pronus. Si vero, ſimulac vigorem rediiſſe animaduertunt, lecto ſurgunt, corpusque mouent, aequaliter diſtribuuntur ſpiritus per muſculos, ſanguinisque circulus promouetur, vt bene valeant; certum ideo ſomni tempus definire non licet, quoniam varia requiritur ſpirituum reſtitutio pro ratione laborum, quibus exhauſti fuerint: item pro varietate diſpoſitionis et habitus corporis, pro diuerſitate excretionum et conſuetudinis. Ita videlicet obeſi, qui corpus vehementer exercent, et a teneris diuturniori ſomno ſunt adſuefacti, vix octo horis contenti ſunt, graciles vero nec laboribus exerciti muſculorum, quinque horis ea omnia poſſunt abſoluere, quae ſomni negotio debentur.

§. 129.

Cholericus maturius experrectus, et lecto euocatus, quam reparatas intelligat vires, moroſus eſt, nec ſibi conſtans. Neque prius perfecte ſibi redditur ſimilis, quam ſomni portionem, quae fuerit de-

tracta,

tracta, habuerit restitutam. Nam, spiritu plene nondum reddito. eo, quod totus cholerici corporis habitus spirituosus sit, integritas eiusdem damnum patitur; at. qui gaudio et motu mediocri, vel potu spirituoso temperato auctum sanguinis circulum per quoddam tempus conseruat, redit ad ingenium, atque naturam, quam paullo ante velut amisisse credebatur. Nunc autem more solito surgens, extemplo frigida colluat os, faciem, et manus: aquam per nares attrahat, quod nares ita apertas retinet, vt nunquam pulvere sternutatorio sit opus: crines pectine percurrat, vt caluaria transpiret: canat leniter ambuletque, ad musculos pectoris et reliquos bene agitandos. Quare spirituum et sanguinis circulus per omnes partes reddi solet aequalis. Mox, vbi libuerit, frigidam hauriat, eius, quod in ventriculo collectum remansit, diluendi, miscendique gratia. Posthaec de ientaculo cogitet, si laboribus grauibus durisque; de potu autem aquoso tenui, calidoque, si studiis tantum et meditationibus det operam.

§. 130.

Sic male etiam sanitati prospiciunt, qui studiorum caussa lucubrationibus horas ab-

furount somno debitas. Nam simulac somni desiderium sentiatur, statim omnium actionum perit vigor atque vitalis agilitas; nec apti sumus meditationibus prosequendis. Quod si quis cogere moliatur, non modo parum efficient tales inuiti labores, sed corpus etiam eneruabitur; eius integritate cum viribus mentis intercidente ante diem, et per ἀτονίαν succumbente. Caeterum obserues velim, plura sane cholericorum ordinis praescripto intentum discere, quam lucubrantem, et nihil dicam de meditationum ad auroram et matutinis horis susceptarum praestantia prae illis, quibus post prandium vel coenam detur opera, vbi crassiores, noui chyli particulae, crudiores spiritus, laboribus musculorum magis, quam profundis meditationibus idoneos, gignunt; pessimo denique consilio vino et potu coffeae vigilias producere student nonnulli, quum spiritus ab istis potulentis in sanguine retineantur quidem, vt plurimi semper adsint ad secernendum in cerebro apti; sed sanguis exinde reddatur viscidior; quo facto per meditationes adeo glutinosus ad cerebrum defertur, vt vasa cerebri expandat, dilatet, spiritusque crassos generet. Vnde progressu temporis memoriae et ingenii vis infringitur; simulac do-

loribus

loribus capitis, vertigini, et exinde naſcentibus malis affectionibus via aperitur.

§. 131.

Ad ſummam; cholerici non melius valent, quam in perpetuo motu conſtituti. Multitudo enim ſpirituum in cerebro ſecernitur, ſemper paratorum ad neruos replendos. Quieſcentibus ergo muſculis, hi ſpiritus ſemper influentes per neruos, in muſculos haud diſtributi, ruunt per illos copioſius, ad viſcera tendentes interna, glandulasque; tum cor vehementius palpitat; arteriae validius contrahuntur et ſpiritus, qui per liquores ſecretos ſanguini denuo miſcentur, rarefaciunt eum, et quaſi fermentationem ibi excitant: expanduntur vaſa, ſanguis ſit leuior, et copia non modo, ſed impetu etiam adauctis ad ſuperiora pellitur. Ita repletur caput ſanguine: nimis expanduntur vaſa: tenduntur et comprimuntur nerui, vt homo fiat moroſus, torpidus, ſomnolentus, inquietus, doloribus capitis, narium haemorrhagia, tinnitu aurium, aliisque incommodis vexatus. Si vero iuſto motu corpus exerceatur, diſpenſantur aequaliter ſpiritus per omnes et ſingulos muſculos; quorum contractione

ſanguis

sanguis in venis haerens conteritur, attenuatur; partes eiusdem accurate sibi inuicem commiscentur: crassiores comminuuntur ac tenuantur. Proinde ex soluto et magis ad fluendum composito sanguine noua secernendis spiritibus suggeritur materia; atque augentur caeterae secretiones, et excretiones, eiectis omnibus, quae procul legitima sanguinis mixtione absunt.

§. 132.

Haec autem exercitia cholerici varia debent esse, cum pares non sint, vni eidemque motus generi diutius inhaerendo. Nam aliquibus duntaxat musculis agitatis, inaequalis redditur tam humorum circulus, quam spirituum influxus, ex quo sanitas nostrorum detrimenta capit. Meditationes eruditas motibus iungant corporis, modo canendo pectoris musculos commoveant, modo brachiis, pedibusque mouendis studeant; nec tamen insudent vehementioribus exercitiis; solis ardorem euitent, calidumque nimis aërem, ne humores, iam per motum musculorum resoluti, solis calore reddantur magis rari, extenuati, atque aestuosi. Quod vbi fit, expanduntur vehementius vasa et, pressi ab arteriis humores

mores exitum quaerunt. Inde non raro haemorrhagiae, haemoptyſes, dolores capitis, et id genus alia. Quodſi labor his rebus circumſtantibus ſuſcipiendus eſt, hoc tantum obſeruent velim, vt leniter incipiant, paullatim exercitationis opus accelerent et proſequantur, donec aeſtus in ſudorem tranſeat. Hoc erupto ſecurius poteſt laborari; nam rariores factae ſanguinis partes minori negotio ſuos inueniunt exitus. Non autem vno impetu labor eſt interrumpendus, nec omnino ceſſandum; alias metus eſſet, ne vinctus teneatur in viſceribus internis ebulliens ſanguis: qui, cum vaſa tendit validiori niſu, periculoſiſſimas interdum paritur morborum acceſſiones, vt ſunt animi deliquia, ſuffocationes, colici cruciatus, vomitus variique generis haemorrhagiae. Igitur a quo inceperis niſu, eodem quoque finias laborem, et membrorum agitationem.

§. 133.

Similiter nocet refrigerium corpori, laborum exercitationibus adhuc aeſtuanti. Namque in cauſſa eſt, vt ſtagnent humores aeſtu incitati, et veluti congelentur in vaſis minimis, vnde ſequuntur confeſtim rheu-

rheumata, vel inflammationes pro diuerso acrimoniae gradu. At, vrgente siti bibiturus, antequam fiat, frigida temperata lavet manus, faciem atque os: eius etiam paruum haustum sumat, in ore tamdiu retinendum, dum frigus omne profugerit. Potum quoque lento tractu sorbeat potius, quam resupinata ceruice, bibonum ritu, sibi infundat. Sudans corpus tectum sit, et bene munitum a frigidi aëris allapsu. Laesum forte hoc modo, laboribus repetitis ad calorem sudoriferum statim redeat, aut calido potu, sumtoue diaphoretico sibi consulat. Hic absit omnis potio spirituosa, quamquam saepe videatur eximium quoddam refrigerium allatura, nisi nouus interim sudor fuerit consecutus.

§. 134.

Non placet cholericis vita sedentaria; nec etiam patitur eam corporis tuenda incolumitas. Ratio est in promtu: quippe oleosae partes, quae copiose illorum sanguini inhaerent, per contractionem musculorum non contritae, nec ab admissis spiritibus legitime solutae, cohaerent magis magisque inuicem, spissiores redduntur, et adiectis acidis terreisque partibus in adi-

pem

pem mutantur. Is, vel depoſitus in adipoſae tunicae cellulas, replet illas et corpus reddit obeſum: vel collectus in ſero et ſanguine, ſi deponi in cellulas nequeat, cohaeſionem omnium ſanguinis partium adauget, illasque viſcidas reddit, ac ſimul ineptas, quae pari, vt antea, celeritate per vaſa minima tranſire poſſint. Augentur hoc modo, et deteriora fiunt omnia, quae §. 131. de quiete diximus, mutatur paullatim vniuerſus cholerici habitus; vnde corpus fit immobile, laſſum, graue; animus antea ad gaudia quaevis paratus, triſtis, moroſus, turbulentus et variis, a ſtagnatione ſanguinis, hinc inde contingente, perpeſſionibus afflictatus. Quibus, tam ſibimet ipſis, quam, quibuscum conſeruantur, taedio ſunt atque oneri. Quodſi etiam compreſſo et retracto abdomine multum ſedeant immobiles, ſtaſis oleoſi huius ſanguinis ad hypochondria magis agitur, accumulatur in illis vaſis, quae venae portae ramis ſanguinem committunt. Igitur iſta expanduntur et circulus ibi redditur tardior: viſcera molliora expanduntur; duriora vario modo tenduntur, irritantur, obſtruuntur. Nerui tenduntur et comprimuntur. Denique motus et influxus ſpirituum animalium immutatur, variaeque in hepate, liene,

pan-

pancreate, ventriculo, meſenterio et inteſtinis contra ſanitatem accidunt, quae, coniunctim ſumta, *malum* appellari ſolent *hypochondriacum.*

§. 135.

Nunc optime quidem ageretur de ſanitate noſtrorum, ſi tale vitae genus in mobilius et magis laborioſum commutarent; verum hoc vbi fieri nequit, melius habebunt, ſi, quantum fieri poteſt, corpus erectum tenſumque teneant, ne nimis conprimantur et anguſtentur hypochondria; ſi aëre vtantur puro, et frigido magis quam calido, ſi tranſpirationem nocturno tempore bene cuſtodiant, ſi cibis paucis, leuibus aſſis, potius quam elexis, ſalino terreum magis quam oleoſum chylum praebentibus, nutriantur; a pinguibus, crudis, duris, multum nutrientibus, abſtinentes. Item, ſi potu copioſo, nec aquoſo tantum vtantur, quippe qui, ſalia ſanguinis diluens, olei ſolutionem minuit et cohaeſionem auget: nec vinoſo, alioue ſpirituoſo tantum, qui elaſticitatem et efferueſcendi conatum in humoribus nimis augeret: nec oleoſo ſolidiore, vt cereuiſia, incocta nimis, et valde nutriente; ſed vino aqua diluto;

luto; vel tenui cereuiſia, tali praecipue, quae ſecundaria dicitur; in ea enim primam per coctionem ſubtile oleum iam ſeparatum, et per ſecundam terreum tantum ſubtile cum ſalibus aquae incoctum eſt. Praecipue his verno tempore minerales aquae conducunt, cum ſtimulo ſalino hauſtae: vel, ſi deficiant, poſt prandium coenamque, prius, quam ſomnum capiant, aquae pauxillum nitri cum pauco vino addant. Abſtineant autem a potu coffee, penitus, vt etiam a chocolata, a ſpiritu vini; nec bibant inter edendum. Vigilias, quantum fieri poteſt, in longum ducant, vel primo mane ſurgant: canant ſaepius, et muſicae ſuauitatę corpus reficiant; non effugiant animi affectiones, quibus raro laeduntur, et fere ſemper leuantur, vnam ſi triſtitiam exceperis: aluum ſeruent apertam, ac, grauitatem ſentientes in extremis, eliciant ſudores: irritamenta venerea vitent; et ſolitudines, cogitationesque abſtruſiores ne nimis diu proſequantur, bene videant.

§. 136.

Animi permotionibus quamuis cholerici multo magis et vehementiores concutiantur, quam caeteri omnes: tamen hoc habent ſibi peculiare, vt multo minus re-

 liquis

liquis horum impetu laedantur: propterea quod adſunt ſpiritus copioſi, et violenter in neruos, muſculosque irruentes, vt ſtatim vniuerſum corpus incendant et immutent. Quo facto cholericus, in animi motu vehementi conſtitutus, aliam penitus induiſſe naturam, mutatusque in alium hominem videtur. Sed eodem temporis momento, vbi attoniti nouum mirabamur hominem, et horrendos timebamus euentus, extemplo ad naturalem conditionem redit vultus: quieſcunt membra, quae conuulſione diſtracta videbantur, forma prior adeſt, et ipſe, furioſum quem putabas, ridet intuentes; nec impotentiae ſuae, nec actorum amplius eſt memor. Ebullientes humores ac feruidi ſpiritus nunc tranquilli reuertuntur ad priores terminos, iudicioque mentis fiunt obtemperantes. Imo proſunt ſaepius cholericorum valetudini huiusmodi perturbationes animi, nedum noceant: ipſi vitam, talibus vacuam motibus, ira ſingulariter, altercationibusue ineptam putant: exoptant illa, quaerunt, et, quauis data occaſione, leuiſſima etiam, huic inſtinctui parent.

Laſſi forte, aut torpidi his excitantur commotionibus, alacres fiunt, et aptiores fungendis officiis: nec odio illos proſe-

quun

uuntur, qui adfectus, ingratos quoque, mo-
erint; ſed ſtatim, vbi laeſerint illos, ex-
ptata vltione, parati ſunt ad condonan-
um. Quoniam vero de vehementibus
nimi motibus ſingulari capite adhuc agen-
um eſt, hic adiicere lubet nihil amplius,
iſi quod facere videbatur ad ſanitatem.

§. 137.

Subortum autem affectum animi nun-
uam reprimat cholericus, ſed agat po-
us, vt ille iubet. Non quidem nego,
rincipium hoc repugnare rectae rationi
d hic loci, cum tantummodo de ſani-
te et conſeruanda machinae humanae
gamus incolumitate, veniam nos conſe-
turos ſperamus. Si enim cholerico-
m ſpiritus in impetuoſum motum ab-
pti, non per muſculorum validam et
equentem contractionem vel conſumti
pelluntur; vel aequaliter humoribus
iſti per vniuerſum corpus diſtribuun-
r; miſcentur quibusdam modo ſangui-
s partibus in hoc vel illo loco; hae au-
m plus reliquis redduntur volatiles, ſub-
es, elaſticae, et quaſi inflammatae: ori-
r igitur fermentatio quaedam in ſangui-
, velociori impetu ad nonnullas par-
s, quae prae caeteris debiles ſunt, la-

 bente:

bente: tunc obſtruuntur illae, et, pr
ratione acrimoniae ſanguinis inflammar
tur: febris aliaque innumera ſympto
mata inde veniunt, ita, vt cohibitis ac
fectibus omnino ſanitas cholerici euert
ac deſtrui poſſe videatur; quibus contr
ſi morem gerat, et exſequatur promte
ad quae corpus mouetur; ſpiritus non
aequaliter tantummodo per corpus diſtri
buuntur; ſed et expedite per excretori
abeunt, ſimulque ſanguini aequaliter mi
ſti, illum leuem reddant et fluidiorem
Qua ratione excretiones augentur, motu
humorum acceleratur, et magni illi mo
tus interdum loco medicaminis eſſ
queunt.

§. 138.

Iubet itaque medicorum ratio, vt cho
lericus, ira motus, tam diu manibus
pedibus, vociferatione, totoque corpo
re pugnet, donec deſaeuierit feruor
et conſumtos ipſe ſentiat ſpiritus excita
tos: vindictae auidus vlciſcatur, timor
correptus hinc inde trepidans curſitet
dum ſpirituum nimio aſſultu cor libera
tum ſentiat: triſtis ne parcat lacrymis
diſtortoque vultu eiulet: laetitia tactu
exſultet, canat, tripudiat, rideat: implicatu
veneris laqueis, videat, quomodo ſtatim

extri

xtricetur: hoc pacto, tanquam animal
ine mente diuina consideratus, longae-
us incolumisque erit cholericus; contra-
iorum autem contraria est ratio! Ita vt
oc vtar, irae violenta repressio in prae-
ordiis mouet anxietatem, nauseam, tor-
nenta intestinorum: in artubus tremo-
em. Timore suppresso anxii trepidique
aepius per totam vitam manent choleri-
i: vlciscendi cupiditate cohibita, amittunt
ilaritatem animi, et omnes prope sen-
ationum appetitus: retentae vi lacrymae
apiti dolores, oculis, cerebroque debi-
itatem afferunt: constrictus reflexusque
error potest immobilitatem corporis, de-
ilitatem eiusdem et obstructionem non-
ullarum partium efficere: gaudio qui
non obtemperauerit, artuum tentatur gra-
itate: veneri non parens, insano saepe-
numero amore, mania et acuta febre cor-
ripitur.

§. 139.

At qui sentit, suborta animi commo-
ione, spiritus multum efferuescere et
mpetuose per neruos labi, suadente ta-
men sapientia, humanitatis effigiem cu-
pit retinere vimque motuum istorum re-
tundare: is de eo omni studio sit sollici-

tus, vt excitati ſpiritus vel ſtatim per cor-
poris orificia exeant, vel aequaliter per
corpus diuidantur. Verum, ſicubi iam
ſentiatur vitium inde in corpore eſſe con-
ſtatum, et quasdam partes aut humores
iam efferbuiſſe vaſaque obſtruxiſſe, cito
ſtaſes expediamus, priusquam totius ſan-
guinis fermentatio incipiat; vel obſtru-
ctio altiores agat radices.

§. 140.

Igitur confeſtim, poſt adfectum or-
tum, mittatur vrina et aluus deiiciatur
quo ſpiritus his ſecretionibus et locis mi-
ſti prius vna cum ſecretis emittantur,
quam ad ſanguinem poſſint redire. Mox
praecipua ceſſante ebullitione, potu theae
vel ſumto leni diaphoretico, leues illae
ſpirituoſae partes, ſanguini miſtae elimi-
nentur per poros cutis: ſimul corpus
blando motu, ambulatione aut equitatione
aequaliter in muſculis moueatur, et can-
tu, vel clara ſermocinatione pulmones
agitentur, vt per pulmones quoque tran-
ſpiratio promoueatur. Haec ſane via et
ratio optima eſt, qua vehementes animi
motus ſuppreſſi, ſine noxa ferri poſſunt
praecipue quando, vt infra pluribus ex-
pedietur, aliae magis contrariae affectio-
nes et virtutes opponantur, vt irae, ami-

citia.

itia, et amor; vindictae studio, pietas, et animi magnitudo; timori, fiducia in Deum; terrori, spes et bonorum expectatio; gaudio, mutabilitas vanitasque fortunae; lasciuiae, honestas et timor; sic enim fit, vt motuum viuacitas alacerrima mox infringatur.

§. 141.

Haec vbi non sufficere sedandis videbuntur spiritibus, vt nihilo minus quaedam incipiat humorum fermentatio, tunc bene prouidendum, et malo mature occurrendum. Quod quidem fieri debet vel absorbentibus terreis et salinis mediis, quibus tanquam specifice grauioribus excitati leues spiritus adhaerent, iisque retinentur. Vel etiam acido temperato exagitati compascantur spirituosi humores: vt succo limonum, citri, aceto bezoardico; aut, quod est instar omnium, gutta vna vel altera olei vitrioli, largae aquae copia aequaliter mista. Non vero saepius haec ad remedia confugiatur temperantia, motumque sistentia, nisi fere semper excretio quaedam, vel per sudorem, vel per aluum, vel alias vias sequatur. Nam retinent sulphur, et resolutas sanguinis partes, minuunt excretiones, nidorosum corruptumque humorem pro-

greſſu temporis producentes, qui poſtu-
lat excretionem.

§. 142.

Ita etiam ſi acciderit, vt motum animi
excipiat nauſea; nunquam haec ſiſtenda,
ſed potius vomitus, ſiue aqua calida, ſiue
addito ſtimulo vomitorio ciendus. Sin
ſequatur colica et alui tormina, non ſe-
danda per anodyna, vel carminatiua: ſed
potius dato rhabarbaro euacuandum, quod
per arterias meſaraicas eſt congeſtum.
Nam ſi cruditates illae, quae in choleri-
cis bilioſae ſemper naturae ſunt, et per
ſtaſin vitium contraxerunt, atque fer-
mentatiuam conditionem, redeunt in
ſanguinem; aut deferuntur ad alias par-
tes, illasque obſtruunt aut fermentatio-
nem in ipſo ſanguine, febresque tertia-
nas, imo cauſos, producunt. Et haec
quidem ratio eſt, cur illi inter cholericos
ſint omnium maxime ſani, qui poſt ve-
hementem animi adfectum, aut vomi-
tum; aut diarrhoeam, aut ſudores ſpon-
te natos patiuntur.

§. 143.

In motu animi conſtituti fugiant maxi-
me quietem et taciturnitatem: abſtineant

a cibo

a cibo et potu frigido, donec ſpiritus effroeni in ordinem redierint; alimenta enim quaeuis aſſumta, retardant criſin, cum tamen hic, ſpirituoſarum partium illarumque, quae per ſpiritus leuia facta ſunt, euacuatio maxime ſit neceſſaria. Proinde timeant de adfectu inter prandendum forte ſuborto; videantque, ne breui poſt eant cubitum, ſomni capiendi cauſſa: praecipue vitent huiusmodi motus omni ſtudio, ſi pars quaedam corporis prae reliquis ſit debilior, vel morbo quodam laboret; humores enim elaſtici, preſſi per vaſa, eo nituntur, vbi minorem inueniunt repugnationem. Et cum ſanitas in genere fuerit debilis, vaſaque laxa, quae vrgentibus humoribus ſatis nequeunt reſiſtere; tunc vel morbus oritur; vel morbi recidiua.

§. 144.

Rerum tandem non naturalium agmen vt claudamus, de illis adhuc agendum, quae retineri et quae ex corpore excerni debebant. Hic ſtatim occurrit tranſpiratio ita ad ſanitatem cholericorum pertinens, vt, hac impedita, ſtatim labefactetur; ergo illa quouis modo promouenda. Non itaque modus quorundam

nobilium et tantorum eſt probandus, qui, elegantiae cauſſa, tranſpirationem et ſudorem dedita opera ſupprimunt: non lectis ex anſerum plumis, ſed e pilis equorum paratis incumbentes, vtentesque tegmine, goſſypio referto, eam ob cauſſam, vt aeſtum euitent. In locis quidem calidioribus, vbi iam ſolis ardor multa fluida corporis diſſipat, et in calidiſſimis, aeſtatis diebus mos iſte locum poteſt habere; qui vero in Saxonia degunt, tranſpirationem copioſam nocturnam praecipue debent promouere, non auertere. Equidem auctor non ſim, vt quis penitus ſepeliatur plumis: bene tamen munitum tectumque velim, et hoc modo tranſpirationem inuitantem. Hoc autem eo magis, quo plus interſit bonae valetudinis. Ita peraeque veſtibus ſemper bene contectus cholericus praecipue inferiores partes a frigore defendat; nec, primo vere, ſtatim hyberna deponat veſtimenta. Quamuis enim alii homines innoxie mutatum ſuſtineant aërem; cholerici tamen grauiter afficiuntur. Quare, ſuppreſſa tranſpiratione, ſi inaequalis iam ſentiatur humorum motus, et conſueti ſudores non veniunt, ita quouis modo reſtituant. Nolim tamen calidis medicamentis id conari,

nari, neque calore nimio externo: ſed fixis potius diaphoreticis, ſeri cohaeſionem tollentibus; ſic ſponte rurſus id poros ſubibit, quod erat intempeſtiue retentum. Quodſi vero nimio ſudore madeant, et debilitatem inde natam ſentiant, prius explorent, vtrum ſecreta forte lateat acrimonia, ſanguini fermentativum calorem et qualitatem impertiens. Hac enim ſaeuiente non reprimendus eſt ſudor, ſed morbo conſulendum. Ita ceſſabit ſua ſponte ſudor; ſin autem patet, nihil amplius praeter ſeri tenuitatem ſubeſſe, temperantibus, abſorbentibus et ſubacidis illa corrigatur. Salutari conſilio etiam frequenter mutantur lintea, nudum corpus tangentia, ne acrimonia, quae iam tranſpirauit, denuo reſorpta nouos poſthaec ſudores eliciat.

§. 145.

Mucum in ore et naribus collectum exſpuant noſtri; ſed ſaliuam retineant, nec ſputationi nimis crebrae adſueſiant; quoniam ſaliua non poſſumus carere ad concoctionem: cholericus etiam, ſemel ſputationi adſuetus, planos perpetuo ſaliuae riuos ex ore profundit; cui hanc ob

ob caussam tabaci vsus minime conueniens est, sicuti iam commemorauimus.

§. 146.

Flatus ventris non quidem retineant, nec tamen quamlibet aëris particulam per anum exitum quaerentem emittant; quoniam crebra flatulentia magis consuetudini, quam internae fermentationi est adscribenda; et si quis omnem statim aërem per istos meatus expulerit, breui nouus locum prioris occupabit, vt crepitatio sequatur continua. Est sane in intestinis omnium hominum aër aequaliter haerens; atque hic per fermentationem internumque calorem expanditur: qui porro intestina expandit, borborygmos, flatusque efficiens; sed condensatur quoque in crassis intestinis, atque ad priores terminos redigitur; ita, vt si quis sanus sit, nec crepitationi assuetus, illos, sine vlla noxa, cohibitos retinere possit. Attamen si vlli, hac in re, certe cholerico danda est venia; in quo propter bilis copiam non maior tantum foecum fermentatio; sed et internus calor viscerum ita exsuperat, vt quaelibet aëris particula expandatur, adeoque exitum moliatur. Robusta insuper sunt eius intestina firma-

que,

que, vt aërem retinere possint, donec rursus fuerit condensatus. Hinc ergo etiam aureae aliquid dandum est medio-critati, ne vnusquisque flatus quam celer-rime amittatur: neque tamen omnes vio-lente cohibeantur; in quo plurimum ha-bet momenti ea inuestigatio, an sit ali-quis iam diu assuetus flatibus emittendis? si nondum fuerit, retineat eos, nisi se laedi sentiat. Si vero iam firma facilitas vsusque adsit, non nimis repugnet, ne repressus aër versus colon vniuersum pe-ctus atque abdomen perturbet. Ad haec cibos vitet, aëris copiam profundius in-haerentem continentes: cuiusmodi sunt fructus aestiui, olera et legumina, quae, quo duriora sunt, et leuiora, eo magis in sinu intimo aërem occultant: qualia si iam sumserimus, et flatulentiam time-mus, concoctio tantum, quouis modo, est promouenda, vt prius resoluantur, et chylus ex partibus ciborum exprimatur, quam fermentatio, aërem inclusum li-berans, accedat.

§. 147.

Ordini ante omnia in foecum depositio-ne assuescendum, vt aluus fixa statutaque hora soluatur. Raro cholericis sicca al-

vus

vus est, quum propter fermentationem foecum mollis vulgo sit, singulisque diebus laxetur, quod multis tunc statim contingit, cum tempore matutino calido potu nouum in intestinis motum excitauerint: atque hoc si secus sit, statim de morbo quodam timor ingruit, aluusque aperiendus est. Quod quidem non faciendum medicamento acri et resinoso, sed potius lubricantibus et emollientibus, vt prunis, aestiuis fructibus satis maturis, et dulcibus, leni ambulatione saponaceis: et si his nil efficiatur, salinis ad amarum procliuibus. Namque alui obstructione diutius tracta, propter sensibilitatem, vimque firmam intestinorum, non flatus solum simul retinentur, et superiora versus premuntur, sed et alia mala incidunt, spastica nimirum et doloris plena, quae non tutius, quam clysteribus possunt mitigari ac tolli.

§. 148.

Quod denique ad seminis excretionem attinet, cholerici quidem non proni tantum, sed apti etiam summopere sunt ad concubitum. Paruae sunt vesicularum seminalium cauitates; adeoque parua etiam seminis portio sufficit ad illas replen-

plendas, magna vero ſeminalis materiae copia ſanguine illorum continetur. Neque tamen eſt facile quaedam natio, quae poſſit ac debeat meliori iure veneris vſu carere; huic enim ſtimulo vbi parent, ſemper ſunt parati, et in iuuentute praeſertim inexhauſtas praeſtant vires huc impenſas. Quod ſi vero in conſuetudinem venerit libido, exhauritur etiam ſenſim ſanguinis balſamus: et, quod vires ſanguinis vitales conſeruare debebat, quintam quaſi eius eſſentiam conſtituens, temere proiicitur. Tum deficit paullatim nutriendi materia; rigida dura et exſiccata redduntur minima vaſa, fibrae fiunt rigidae et immobiles, perit color corporis viuidus, cutis praemature rugas contrahit, memoriae franguntur vires, hebeſcit ingenium, iudicium perit, ſenſuum praecipue viſus ſubtilitas et acumen perditur. Nonnulli plane coeci fiunt, artubusque haerent male mobilibus, exemplo hircorum et gallorum laſciuiae indulgentium, quorum corpus redditur aridum et marceſcens: ſecretionibus et excretionibus cunctis vigorem amittentibus, deſtructoque chyli et ſanguinis praeparandi negotio.

§. 149.

§. 149.

Interim venus modum seruans, quae vires non exhauriat, vt caeteris omnibus ita et cholericis potest concedi. Verum singulari temperamenti ardore praediti veneris modum certumque ordinem seruare nesciunt; eam etiam ob caussam quod honoris studio ad singulare aliquid praestandum exstimulantur. Omnino sanis et robustis diebus alternis venus neutiquam foret nocitura; illi vero non singulis modo diebus, sed et, honoris caussa saepius in die exercitationes istas repetunt, donec elumbe sentiant corpus. Hinc fit, vt cholericus ad minimum semel per vitam, vires per coitum laedat; et pro felici habendus sit, qui incolumis euaserit, nec aliquam retulerit corporis debilitatem. Hoc eam potissimum ob caussam illis vertitur vitio, quia naturae suae praestantia id possunt, vt, quamuis ab amabili foemina incitati, cupiditate coëundi flagrent, et semper de conatu non irrito sint certi: tamen, si primis modo irritamentis repugnauerint, per longissimum tempus, imo per totam vitam a venere facillimo negotio queant abstinere. Nec enim magna, (vt dictum est) seminis copia suppetit; atque hoc

elasti-

elasticitate potius, quam pondere quaerit exitum. Quod semen simul spirituosum est, optime solutum ac subtile, vt, si modo non accedat per animi motum a delinimentis blandis excitatum eius rarefactio, per affluentes copiosiores spiritus, qua iam extra terminos se subducit, facile resorberi et ad sanguinem reduci potest. Si naturali hoc ordine seminalis materia ad sanguinem redit in illo retenta, sane nihil excogitari potest, quod magis illum firmet et roboret, atque ad longaeuitatem promoueat hominem; semen enim balsamus, quintaque totius corporis et massae sanguineae est essentia. Hoc resorptum non pinguem illam, qualis est in eunuchis, praebet nutritionem, non lubrica, molliaque seruat minima vasa, non animum effoeminat. Iam enim secretum fuit, et per secretionem in quintam essentiam mutatum, pinguemque naturam, quam habuit antea, amisit. Vasa sane fiunt inde robusta, vires firmae, animus ferox, qui si obfirmatus illecebris repugnauerit venereis, deinde etiam reliquis animi motibus froenandis, et in rationis veluti gyrum redigendis par erit. Quapropter etiam chorici a venere non virium defectu, sed

 ratione

ratione permoti penitus abſtinentes, ne
in cogitationibus amatoriis voluptaten
ſequentes, non omnes tantum labore
facile tolerant; ab aliis iniuriis aliisqu
diaetae vitiis periculoſam mutationen
non ſentientes, ſed ingenii etiam, memo
riae iudiciique viribus tantum addunt in
crementi, vt nemo mortalium reperiatu
qui de primo ordine et loco cum illi
certare audeat. Quemadmodum enin
plantarum ſemen concentratam totiu
plantae, e qua prouenerat naturam, in ſ
contineat, ita, vt additis aliis tantum
modo aliunde venientibus, aquoſis ſcili
cet atque terreis partibus ope caloris
breui omnis planta ex ſemine produc
poſſit; non aliter humanum ſemen it
extractam veluti ex ſanguine gerit quin
tam eſſentiam, vt in minutiſſima eiusden
parte ipſa vis et natura hominis futu
inſit: additis tantum quibusdam extrinſe
cus allatis et minus neceſſariis: quar
toties, quoties ſemen perditur, aliqui
de hominis eſſentia ſimul intercidiſſe, pu
tandum eſt.

§. 150.

Vt autem cholericus nuncium vener
miſſurus, in coepto opere feliciter pro
gre

ediatur; haec illi suggerenda consilia
oitramur: nouum si adhuc sit animi
opositum, fugiat omnia amoris irrita-
enta et recedat ab illis rebus, quae
ssunt iam olim perceptae voluptatis
emoriam periculose renouare, cum
ritus etiam leui de caussa soleant vehe-
enter ferri ad genitales partes. Non
tur obseruetur animo voluptatis vel iam
ptae, vel adhuc capiendae imaginatio,
ellarum lasciue pictarum caueat ne
ntempletur spurcitiem, aures amoueat
colloquiis eorum, qui solent suos in
ore triumphos narrare et mirifice
laudare: vtatur praeterea istis placitis,
gulisque, quibus callidissimus amoris
igister Naso Romanorum quondam
imos a veneris consuetudine studebat
ocare in remediis amoris. Victus in-
mis et vitae regimen prouide instituа-
, vt parcatur istis in corpore nutrien-
, quae spiritum et subtilem simul
cilaginem possunt large cum sangui-
communicare, adeoque semen nimis
cumulant, vt sunt: castaneae, nuces,
ocolada vino incocta, pisces cum aro-
tibus et vino; et huius generis similia.
meratim vino non vtendum vsque ad
allitionem sanguinis, qua coorta perit

 animi

animi in corpus imperium, et corpus
fectat praepoſtere principatum ſibi
debitum. In ſomno etiam ſeruan
modus, vt euigilans primo diluculo c
feſtim ſtratum relinquat, otium re
veat, laboribusque inſudet: qui, cor
et mentem exercens conſumit quo
nimios ſpiritus: otioſus cholericus fu
ſolitudinem, aquae ſit potor multae,
lectum petiturus, nitri aliquid immiſc
quod ſine omni periculo ſemen iam
lectum ſoluit, et eius reditum in ſan
nem promouet. His regulis vbi
menſem tantum fuerit obſecutus,
fractum videbit veneris ſtimulum, ſe
eo redactum, vt amplius imperium m
tis non furioſe detrectet, grauique fir
tate difficiles veneris nugas contemna

§. 151.

At fruſtra ſunt, qui caſtitatem
in animo ponant ſed in ipſo ven
opere intermittendo, interea tamen
iusmodi cogitationibus et incitame
dant locum: hoc enim ipſo euert
ſanitatem, quod ita intelligitur: m
ſuborto ſpiritus ruunt ad interna prim
genitalia, ſemen, cui miſcentur, elaſtic
faciunt, eoque ipſo expandunt vaſa

ſem

men quasi maturum prorumpere mo-
rur: tum fertur ad vesiculas seminales,
uor prostratarum facilius mobilis ex-
lat, et vrethram humectat, sed, represso
dinis motu, spiritus animales ad ista
a delati facile resorbentur, remanet
s solidior, semenque iam maturum
cidius actionem in vasa perdit, ita vt
rs maneat. Rebus ita se habentibus
lici modo laeditur sanitas. Primum
stat, prostratas et vesiculas seminales
icatas esse et intertextas fibris, quae
t in collo vesicae et in vrethrae prin-
io, istae igitur partes sicubi manserint
ansae tumentesque, omnino debili-
t musculares vesicae fibras et impe-
nt, quo minus vrina missa, statim
lit claudi orificium: vnde quoddam
sequitur vrinae stillicidium. Deinde
nen multum in seminali vesicula de-
tum propria vi et natura fermentat,
e fit denuo, et multo fluidius, vt ex-
dat vesiculas, et vltro moliatur exitum
galli gallinacei caput, ruatque non
o sua sponte et sine erectione praeuia,
tenui vi inter alui deiectionem elici-
n, vel affectione etiam lenissima pro-
tum. Tertio fit facile, vt semen istud
mentatum malo euentu regrediatur in

 sangui-

sanguinem; tunc iam maturum et f
dius fermentando factum continuat ist
fermentationem in ipso sanguine; pa
culae autem fermentantes generatim
mutant humorum motum; animum t
quadam morositate afficiunt, vt est in
bile laborantibus; corpus reddunt
sum, iners, graue, ab omni agili
alienum: singulatim vero congestae m
do ad has, modo ad alias partes no
istae particulae facillime praebent no
obstructionibus et morbis occasionem

§. 152.

Sit itaque cholerico, si nolit instin
amoris vim afferre, rara sed feruida
nus, eaque post absolutam concoction
non, cum Bacchi, Cererisque munere
citatos habeat spiritus, sed, cum
constantem et veluti superantem san
tem sibi concessam sentit, nec cibo
tuue refectionem statim post opus ten
sed prius, aut quiete et somno, aut
motu exsultantes spiritus refraenet: om
siquidem alimenta spiritus in sangu
vinctos retinent, sic etiam parcat
rato saepius labori, quamuis blandus
et illecebrarum plenus: non nisi perfec
at nunquam vi coactas adhibeat vir

cor

corporibus iungatur frigidis magis et humidis, quam ſiccis et calidis, ne metuendum ſit, fore, vt nouo igne conſumtus pereat.

§. 153.

Siccioris et gracilioris habitus cholerici, etiamſi prae aliis ad venerem ſint procliues, conſultius tamen ab illa ſeſe cohibent; in his enim ſpiritus excitati per ſenſiles neruos, inſtar fulguris, per vniuerſum corpus penetrant, quod incendunt, vruntque hominem, vt, niſi affectus rationi parere doctus ſit, ſibimet ipſe non ſit conſcius. Eo modo leuis ac ſpirituoſus illorum ſanguis per admixtos ſpiritus extemplo efferueſcit, tenſique nerui ad quamlibet contractionem paratiſſimi ſunt. Quocirca etiam raro metam attingunt cholerici et citiſſime ſoluuntur; ſed non perit tantum ſemen hac ratione, tanquam temperatiſſimus liquor; non tantum pereunt vires, ſanguisque nimis exagitatur; ſed eiecto ſemine nouum rurſus ſine mora e ſanguine ducitur; atque hoc ipſum diminuit ſubtiles oleoſas et mucilaginoſas ſanguinis partes, quarum erat officium, temperare cholericam acrimoniam; ſic autem illa magis augetur, actio

actio partium sanguinis in se inuicem fit maior, sanguis leuior, facile fermentans, et nutritio minor: quo non potest non ista siccitas et marcor augeri.

§. 154.

Hoc vero omnibus modis est dolendum, praematurum in cholericis stimulum illos eo saepe redigere, vt, priusquam corpus firmum satis et stabilitum fuerint nacti, illicitas veneres sequantur: Quod in caussa est, vt perdito humorum balsamo nunquam sufficiens artuum robur, iustamque staturam acquirant, debiles potius manent et memoriae infirmitate laborantes. Perinde ac iudicium ipsum ad eam non assurgit perfectionem, quam saluis viribus et a venere tutis fuisset acquisiturum. Expectent igitur terminum saltem illum, quo perfecte absoluta est corporis exaedificandi nutritio, et, quo superantes vires naturae sine detrimento aliquid possunt perdere. Non minus acuto veneris stimulo senes etiam cholerici punguntur, cessante iam facultate generandi, cui si non resistunt, ad eum annorum gradum non perueniunt, ad quem alias fuissent peruenturi. Merito elumbes facti, quod supra vires inten-

dant

dant neruos, vigorem vitamque ante tempus amittunt. Etenim nemo dubitat, annos tantummodo inter 30 et 50 generationis negotio esse dicatos, reliquis merito exclusis: antecedentes quippe corporis firmitati et studiis impendantur: sequentes reseruati animi puritati diuinis rebus consecrentur; quis enim inter veneres recte digneque possit aut de musis, aut de vera pietate cogitare? inprimis cholericus aestu abreptus; talis enim homo totus est in affectu, nihil pensi faciens, dummodo satiet cupiditatem; delectationemque et internis et externis partibus aucupetur: interim deliciis succumbit maximam partem imaginariis, quas in fine sera sequitur poenitentia.

DE STATV MORBOSO CHOLERICORVM.

§. 155.

Absolutis nunc illis, quae de sanitate cholerici dici poterant ac debebant, pergimus ad morbosum statum, de modo singulari aliquid allaturi, quo futurum sit, vt in hoc temperamenti genere subnascantur morbi longe grauiores, quam in caeteris; qua vero etiam via et ratione

bona poſſit reſtitui valetudo, modo hisce ſolis veluti proprio. Itaque ordiamur a primis viis, quae nouos in corpus humores, nempe ſuccos ciborum transmittunt, a vaſis ſcilicet lacteis, quatenus cauſſae morborum eſſe poſſunt in cholerica natura. Iamque §. 26. ſeqq. explicatum eſt, orificiorum lacteorum diametrum certum quendam reſpectum habere ad fines arteriarum, et hanc proportionem fundamentum eſſe ſanitatis. Nempe orificia lacteorum nil transmittunt, niſi tales ex cibis partes, quae commode per arteriarum fines circumeundi orbem tenere et abſoluere poſſint: ſi vero accidit, vt illa lacteorum orificia prius et citius dilatentur, quam fines arteriarum, et iam non copioſior tantum quam antea chylus, ſed et craſſiores eiusdem partes magisque cohaerentes illuc tranſibunt, et in ſanguinem venient, quae per fines arteriarum adhuc anguſtiores nondum penetrare poſſunt; expanduntur itaque a maiore chyli copia vaſa tam ſanguifera, quam ſeroſa, et cohaerentes partes in ſanguinem translatae, in minimis vaſis reſiſtunt, quaſi ſtagnantes, priusque vaſa dilatant, quam per illa praepellantur. Nec facile per excretoria vehuntur;

ſed

ſed diutius propter viſcidam naturam et cohaeſionem in vaſis detinentur; iſta autem tenſio percipitur in vniuerſo corpore, et artuum cunctorum oritur grauitas. Tunc, ſi aetas adhuc iuuenilis fuerit, vaſaque mollia, quae tenſioni et expanſioni cedant; vaſa reliqua corporis paullatim magis magisque dilatantur, in eo ſtatu nutrienda: et quum vniuerſum corpus a vaſis conſtructum ſit, hoc totum expanditur, et ſic modo non nutritur, ſed conſeruatur etiam, atque creſcit. Corporis incrementum hanc ob rem vnice lacteorum dilatationi tanquam primo nititur fundamento, et pro ea ratione, qua haec dilatantur, reliqua etiam vaſa expanduntur, et ita nutriuntur, corpore modo citius, modo tardius creſcente moleque illius audaucta: vel donec ita amplificata ſint vaſa, vt reſpondeant diametro lacteorum et commode ferre poſſint, quae ab illis transmittuntur: vel donec haec dura, firmaque per nutritionem fiant, vt nec dilatationem amplius patiantur et admittant; ſed expanſioni reſiſtant, fluidaque adpreſſa reprimant. Quibus itaque lactea parum et tardius dilatantur, illi lente creſcunt, et ſtaturam habent iuſto minorem: quibus cito et multum,

multum, iſti cito creſcunt, et proceri fiunt. Quodlibet incrementum hac ratione ad ſtatum corporis praeternaturalem iure poſſet referri, quod expanſione lacteorum corpus mutetur, et inde mutatio ſanitatis in corpore cholerico accidat. Quum vero haec expanſio vaſorum ſucceſſiua ſit, et nulla corporis actio euidenti ratione per illam laedatur, ad morbos etiam referri non ſolet. Quamuis durante incremento nunquam perfecte valeat nec infans, nec puer, nec iuuenis. Namque dolor ab expanſione circa articulationes, pandiculatio, oſcitatio, grauitas, triſtis ſaepe animus, aliaque in incremento obuia ſymptomata ſatis oſtendunt, aliquid in corpore mutari.

§. 156.

Si vero lactea quidem dilatantur, et copioſiorem magisque ſolito cohaerentem chylum transmittunt: vaſa vero minima arterioſa dilatationi nimis reſiſtunt, vt nihil cedant, nec ampliora fiant, nec aduectos humores ea, qua adpreſſi ſunt celeritate, venis committant: nec id, quod excernendum eſt, per excretoria effluere ſinant; repleta manent maiora vaſa copioſiori

piosiori humore viscido, et magis cohaerente, quam diameter vasorum postulat; vnde variis morbis et infirmitatibus occasio datur.

§. 157.

Haec enim orificia lacteorum si successiue dilatantur, vt ampliora dehiscant in cauitates intestinorum, successiue etiam lentoque, et vix sensili gradu accumulantur humores in vasis maioribus. Chylus hic copiosior, si vires naturae integrae sint et fortes, quales fere semper sunt in cholericis, in corporis humores et ipsum sanguinem mutantur: expanduntur vasa maiora, bono quidem sed multo sanguine, quem ferre et mouere non tanto, quo factum est antea, vigore possunt: comprimuntur vasa minora excretoria: imminuuntur secretiones et excretiones: remanent multa, quae excerni debebant; sanguis expandens nimis vasa contractilem illorum vim infringit. Hic vero non satis conteritur et, cohaerentibus magis magisque particulis eiusdem, redditur viscidior vt, transitus per anostomoses propter hanc cohaesionem particularum sanguinis difficilior succedat: hinc

hinc tenſio et repletio vaſorum oritur, vt et grauitas artuum, difficilis reſpiratio, cordis palpitatio, ſomnus turbulentus: obſcuritas ſenſuum et animi moroſitas, qualis ſtatus *plethora* adpellatur. Faciliime itaque in cholericis plethora naſcitur; imo non eſt cholericus, qui non ad minimum ſemel fuerit plethoricus; iam enim orificia lacteorum magis in his hominibus patent, et craſſiores partes illa pertranſeunt, quam quae per minutiſſimos vaſorum fines vel exitum vel circulum continuare poſſint: quare forti contractione vaſorum et actione partium interna opus eſt ad ſubigendas cohaerentes partes, easque exterminandas. Quocirco ſine mora nimio ſanguine infeſtantur, ſi quieti ſunt, aut vitae ſedentariae dediti: ſi lautae aſſueuerint diaetae, et, ſi quauis de cauſſa excretio quaedam fuerit repreſſa.

§. 158.

Plethora hac ratione in corpore cholerico ſuborta, non propere minuenda eſt mittendo ſanguine: in iuuenibus enim incrementum corporis viresque crebriori ſectione venae multum detrimentum capiunt,

piunt, vt corpus nec ad iuſtam magnitudinem perueniat, nec id robur adquirat, quod nacturum fuiſſet, ſi abundantes humores vaſa ſufficienter dilataſſent in nutritionem corporis mutatos. Sic et in adultis ſal ſanguinis fixum, quod in terra latet, ebullientes leues partes retinens et compeſcens ſimul euacuatur: quo imminuto ſanguis ſemper magis magisque ebulliens redditur, facilius efferueſcit, et e ſanguineis vaſis in ſeroſa tranſit; ergo magis laboribus exerceatur corpus, qui a leuioribus incepti ad grauiores tendunt. Sic accedente contractione muſculorum ſanguis conteratur: per admiſtos ſpiritus ſubtilior et aptus reddatur, qui apertis fibrarum interſtitiis adhaerere, et in firmum corporis nutrimentum mutari poſſit: cibus ſit parcior, leuis: itemque nimia caueatur ventriculi et inteſtinorum dilatatio, inferciendis alimentis: alias orificia lacteorum inſerta inteſtinis adhuc magis dilatantur; quam ob cauſſam flatulenti quiuis cibi, vt et pingues, debent vitari, ne emolliti inde inteſtinorum parietes dilatationi facilius cedant; potus erit copioſus, tenuis, aquoſus, cui ſalinoterreum principium inhaereat; non vero oleoſus, craſſus et incoctus. Somnus breuis

vis ſit, vigiliae diutius trahantur; nec vllis attendatur remediis, cum ſolum hoc regimen ſufficiat, ad hanc imminuendam tolerandamque plethoram; contra cholerici hoc malo preſſi a pharmacis lenimentum quaerentes, non raro per quotidiana remedia ſanitatem valde debilitant. Omnium maxime abſint quaeuis laxantia et vomitoria, licet ſint temperantiſſima. Sit enim, vt laxata aluo ſtatim aliquod leuamen ſentiant; breui tamen multo vehementius mala recrudeſcunt.

§. 159.

Cum vero iſti plethorae a quauis cauſſa ebullitio adiungitur; commoti humores efferueſcunt, expanduntque vaſa: quae, quum firma ſint, ſe conſtringunt, et vehementius propellunt ſanguinem. Tunc ab initio laſſitudo ingruit et grauitas artuum, vna cum oſcitatione et pandiculatione: mox circulus humorum augetur, inflantur vaſa, facies nunc rubet, nunc pallet: acceleratur pulſus: reſpiratio redditur difficilior; cor palpitat, calor omnis in corpore intenditur, ita, vt febris accedat ephemera; interim illae partes, quae efferueſcentiam producebant, ſubiguntur,

guntur, et aut per ſudorem, aut aluum laxam, aut vrinam denique abeunt. Ita morbus breui temporis ſpatio, ſaepe vnius tantum diei, abſoluitur, raro medicinam poſcens: et ſi quaedam ſit danda, non ſit, niſi quae conſtet temperantibus et ſubacidis, cum copioſo potu aquoſo diluente ac temperante.

§. 160.

Quod ſi vero id, quod abundantiam ſanguinis ad ebullitionem exaeſtuationemque verterit, intime ſanguini ſit permiſtum, nec facile per vaſa excretoria exterminetur; diutius durat ebullitio, vaſis ſanguinem conterentibus et vehementius in illum agentibus. Qui, preſſus vbiris, tendit maiori niſu in vaſa minora minus repugnantia: haec dilatantur, eoque pacto in illa, quae antea non niſi ſerum tenebant, rubicundus ſanguis cogitur. Atque haec ſeroſa vaſa vi quando iant in cauitatem, quam antea ſecretis aquoſis humoribus humectarent, dilatata, ſanguinem transmittunt rubicundum. Quod ſi vero non in cauitatem ſeſe aperiunt, expanduntur, comprimuntur ac tenduntur nerui; obſtruuntur vaſa, hinc varii generis haemorrhagiae, dolores, in-

 flam-

flammationes diuerſae, pro ratione d
rectionis humorum preſſorum, et deci
bitus illorum ad partem quandam ſingu
larem. Nec in hoc ſtatu venaeſecti
ſtatim locum habet, cum potius tenta
dum ſit, annon ſalinis mediis, terreis li
vioribus ſubacidis et potu aquoſo dilu
ente illae particulae, quae efferueſcentia
excitarint, ſopiri, et ſanguis ad quietem re
duci poſſit: at apparentibus plethora
ſignis grauioribus, periculum grande m
nantibus, tunc ſanguinis miſſio non diff
ratur, ſed ea hora, qua temperantio
rem ſentimus ſanguinem, ſuſcipiatu
Verumtamen haud nimis larga ſit, n
forte vitio nimiae exinanitionis, va
contrahentia ſanguinem reſolutum co
terant, atque ſic reſolutionem et effe
veſcentiam augeant. Poſt venaeſectio
nem continuatus ſalinorum medic
rum, terreorum et aciduiſculorum, (in
ter quos vna vel altera guttula olei v
trioli eximium fructum ſpondet) vſu
reſidua facile tollit incommoda.

§. 161.

Fugiat praeterea cholericus, plethor
laborans, anodyna, ab opio ſumta; tamet
ſi

ſymptomata videantur vehementiſſima.
orum enim impetuoſitas in cholericis non
cile eſt metuenda, cum oriatur cito, ci-
us pereat; opiata omnia ſulphur quod-
am tenuiſſimum continent, in minutiſſi-
as partes diuidendum, quae tamen omnes
aturam anodynam totius retinent. Quod
i miſcetur ſanguinis ſulphuri et oleo,
uius hoc redditur et premendo agit
rſus initia ſeroſorum vaſorum: hac ratio-
lenit illico ſtaſes ſanguineas, oleoſum
nguinem, qui ſtagnat, ſoluendo, tenuem-
e reddendo. Emolliuntur propter te-
itatem ſulphuream minima vaſa; tenſa
tea et ſtricta: ſimul autem actionem quan-
m ſingularem in oleoſas partes ſanguinis
ntinuant; circulum humorum turbant
propter ſulphuris ſingularem ſolutionem,
n per ſalia, non per ſubtile, ſed per ano-
num ſulphur factam, occultum quid re-
quunt, ſanguini non minus, quam ner-
i infeſtum.

§. 162.

Inflammationibus, a plethora ortis, vt
ratur medela, nunquam extrinſecus
ibeatur ſpirituoſum, camphoratum,
aliam vim ex ſubtili ſulphure prodens

medicamen. Nec interna applicentur
media, quorum interuentu sanguis rar
fiat. Similiter abstinendum plane ab om
bus spirituosis, diaphoreticis, volatilibus
acribus. Neque excitetur nimius cum
hypocausto tum in lecto aestus: serui
etiam potu remoto bibantur tempera
nam si iam abundans sanguis, sua natu
oleosus, acribusque salibus veluti impraegn
tus, per calida re ipsa et virtute magis f
vitur: non vehementia tantum sympton
tum augetur, sed solutus etiam tenuior re
ditur et volatilior; leuissimae tunc sulph
reae partes salibus leuissimis copulatae,
parantur a terreis et grauioribus: calor
quae febrem comitantur symptomata cu
vi humorum elastica augentur, quae nu
versus superiora tendunt, et caput obt
bant; nunc delata ad cutem, effluente
nuissimo sulphure, salia relinquunt, cu
sulphure parum soluto et subtili sub p
purae forma, quae, si sulphur adhuc sa
bus adhaeret, rubra, si vero salia absq
sulphure remaneant, alba, si sulphur c
structum est, petechiae seu nigra dicit
Expectetur potius temperantibus et acidi
culis crisis, sponte sua in cholericis, sta
que tempore et semper die critico cont
gens: eaque licet in aliis hominibus ac

lera

erari, imo arte produci poſſit, in cho-
ericis tamen nullo modo eſt turbanda;
uum quaelibet mutatio vehementibus ob-
oxia ſit ſymptomatibus.

§. 163.

Sic et haemorrhagia ab ebulliente et
nimis redundante ſanguine orta, nullo mo-
o ſiſtenda. Eſt potius, niſi forte disru-
io quaedam per vim externam acceſſerit,
el alia ex cauſſa laeſio interna ſuſpicari poſ-
:, ſibi relinquenda et non niſi iis vten-
um remediis, quae feruidum ſanguinis
otum et rarefactionem refraenent. Nun-
uam memini cholericum, caeteroquin ſa-
um ex haemorrhagia plethorica mortuum,
ſi ad 16. vel 20. libras iſta effuſio acceſ-
rit. Imo breui tempore interiecto be-
e ſe habent aegroti, quorum quippe ple-
ora multo melius haemorrhagia, quam
naeſectione ſedatur; ſiquidem per hae-
orrhagiam non tanta fixi ſalis e ſanguine
pia perditur; ſed vna cum abundante
nguine id exſtillat ſanguini mixtum,
od ebullitionem producebat, ipſe ferui-
s et ebulliens eiicitur ſanguis, et tunc ceſ-
nt cuncta, ſi humores in tantum ſunt

 immi-

imminuti, quantum nunc vaſa capere com-
mode poſſunt.

§. 164.

Si orificia lacteorum ampliora manen-
et continuat craſſorum ex chymo partium
in ſanguinem tranſitus; nec vero vires na-
turae ſufficiunt illis vel in verum ſanguinem
immutandis, vel ex corpore eiiciendis
vel ſubigendis, nec vaſa minima arterio-
ita dilatantur, vt his partibus ſpiſſioribu-
accommodata commode illas vehere po-
ſint, alia nunc in cholerico corpore ſcen-
aperitur. Ea enim eſt huiusmodi corpo-
ris fabrica, ea viſcerum menſtruorumqu-
natura, vt oleoſas prae aliis ciborum parte-
vnaque cum his cohaerentes ſalinas et a-
calicas in ſe recipiant, in ſuam naturam
mutent, et ad ſanguinem deferant. Quar-
cum lactea iuſto ſunt ampliora, copioſio-
etiam fit harum oleoſarum, et ſalinarum
acrium modo ſalſarum, modo alcalica-
rum ad ſanguinem transuectio. Nunc ve-
ro ſal ſanguinis eſſentiale fixum, non ni-
certam et determinatam allatorum humo-
rum quamuis contineantur ſanguiferis va-
ſis, portionem in verum ſanguinem poteſt
mutare, qui limitibus vaſorum maiorum

adue-

ad venas maiores pertinentium, coërcetur. Inde fit, vt immutatae maneant haec oleosae, salinae partes, nec ad eam cohaesionem inter se perueniant, quae ad globulum perfecte rubicundum requiritur: nec propter salis cum oleo cohaesionem ita tenues, fluidaeque sunt, vt per serosos fines vehi, secernique possint. Medium itaque constituunt inter sanguinem rubicundum, serumque, quod nec sanguiferis proprie sic dictis vasis coërcentur, nec per minimos serosos fines fluere, circulumque persequi possunt. Atque hoc genus ad initia serosarum arteriarum penetrans, quum propter cohaesionem particularum maiorem fines transire nequeat, stagnat, vasa expandit, obstruit variaque producit symptomata, diuersa pro ratione diuersae proportionis inter oleosas et salinas partes, modo magis salinas, modo alcalicas, et pro ratione loci, ad quem congeruntur, aut in quo stagnant.

§. 165.

Quodsi igitur oleum sit tenue, copiosae vero salinae, et acres partes; oleosae altius et accuratius sero propter salia immiscentur, vnaque cum illo per vniuersum

quidem corpus, magis autem, ob tenu
oleum, ad ſuperiores partes vehuntur; ad
vectae non facile fines ſeroſos transire poſ
ſunt, ſi praecipue fuerint anguſtiores. Quam
obrem ſtagnant vaſaque dilatant, eo vsque
donec penetrent. Vnde in glandulis capi
tis cholericorum, quorum ſerum oleo e
ſalibus eſt plenum, perpetua ſtaſis et ex
panſio eſt, ſerique oleoſi et acris effluxus
Illacrymant oculi et mane adipoſo muco
ſqualent; nares modo obſtructae ſunt
modo copioſus in antris illarum mucu
colligitur, modo exſtillant acre ſerum: o
vel ſiccum eſt, vel multus leni ſcreatu mu
cus eiicitur, isque ſalſus. Ita perpetuo ca
tarrho videntur laborare. At ſi huiusmo
di ſeri impuritatibus exitus per glandula
haud conceditur, et ſiccae ſunt nares, mu
co parum ſecreto: defertur materia in vaſ
minima cutis, ibi ſtagnat, vaſa expandit
per acrimoniam corrodit, et vlcera ſuſci
tat in cute capitis, parte potiſſimum capil
lata. Sic iſtae in ſanguine collectae impu
ritates inueniunt exitum. Atque haec ma
la pertinacitate ſua vix prius remittunt, au
abſcedunt, quam mutatus ſit lacteorum dia
meter, crudas partes transmittens: aut vaſ
fiant accommodata his cruditatibus vehen
dis

dis; aut etiam donec hae ſeroſae impuritates a ſale fixo ſanguinis verum in ſanguinem fuerint commutatae. Exinde apparet ratio, cur in cholericis, praeſertim pueris et in iuuenibus, vbi frequentiſſime ex dilatatis lacteis, incremento corporis non reſpondente, tales coagmentantur in ſero cruditates, tam pertinax ſit morbus, et quare nullo modo vlcerum conciliari poſſit conſolidatio, aut malignae materiae effluxus cohiberi. Etenim lactea manent dilatata, manet cruditatum in ſero collectio; itaque effluxu illorum cohibito, cruditates iam praeſentes ad alias partes, euacuationi minus idoneas congeruntur, nouosque et magis quidem periculoſos morbos efficiunt, in partibus vicinis, per quas moliuntur egreſſum. Sane tunc nihil agendum eſt, quam detergenda tantummodo vlcera, ne ſinuoſa euadant; idque lenibus laxantibus et eiusmodi remediis, quae in tenue ſulphur et ſal ſalſum ita agunt, vt commode vaſis coërceri poſſint impuritates. Quandoquidem ſit expectandum, donec aequilibrium inter lactea et vaſa ſanguifera progreſſu temporis ſenſim fuerit reſtitutum.

§. 166.

Salia, tenui, copioso tamen, oleo iuncta, si grauiora fuerint, non quidem ad superiora vehuntur; sed sero tantum commista, stagnant in minimis serosis vasis. Quod quum frequentissime in cute contingat, varii generis stases in cute, arrosiones, exulcerationes et aliae cutis impuritates oriuntur: vt intertrigines, serpigines, herpetes, scabies, et sic porro. Quae omnes, sicut ante dictum est, non minus pertinaces sunt, quoniam, tametsi cuncta et conuenientissima remedia adhibeas, tamen haud prius cessant, quam aequilibrio inter lactea et fines vasorum restituto. Quod si vero malo consilio per mercurialia et sulphur viuum grauitas materiae mutetur, vt exitum per vasa cutis amplius tentare non possit, mutata materia ad internas partes delata, non raro viscerum, glandularumque obstructiones, saepius periculosas peperit. Quum contra si patienter ferantur, non sanitas tantum reliqui corporis maneat integra, oriaturque iucunda ab aliis morbis immunitas; sed et cutis morbo superato nihil de elegantia et munditie perdidisse dicenda est, quae multo euadat subtilior atque nitidior; siquidem subtile oleum emollit, mollesque seruat fibras.

§. 167.

§. 167.

At enimvero, si oleum fuerit non copiosum tantum, sed et viscidius et crassius, salia autem salsa pauciora et accurate isti oleo mista; non aequaliter sero miscetur, ac massa dulcis quidem et viscidior, minus vero acris redditur, quae propter salia, per oleum temperata, non tantam irritationem, nec erosionem parit in minimis, vbi stagnet, vasis; sed potius ex singulari, qua gaudet, grauitate ad subclauia vasa et maxime illa, quae ad thyroideam glandulam, laryngem et bronchia spectant, congeritur. His in locis vasa expandit minima. Quae a temperato oleo emollita quasi expansioni cedunt, dilatantur, vtque serum his oleoso-salinis cruditatibus repletum transmittunt. Sic augetur illa secretio quae laryngem bronchiaque humectat. Maior liquidi copia his secernitur, quam, quae per aërem, bronchia praetereuntem, eleuari et in vapores transmutari possit: tantum, fluidius quod est et aquosius abit in auras: viscidius remanet, oleosum scilicet, quod iuncta habet salia. Hoc faucibus adhaerens, laryngi, asperae arteriae et bronchiis, tussim producit, cuius ope deinde eiicitur. Propterea saepiuscule cholerici, quibus

quibus ſerum cruditatibus his eſt repletum, tuſſi non tantum vehementi laborant, ſed et tantam materiae dulcis, viſcidae, viridis, luteae, propter oleum rancidum factum, copiam ſcreatu eiiciunt, vt phthiſici videantur, quum tamen non niſi aucta tantummodo naturalis ſit ſecretio liquorum aſperae arteriae. Nec expectent exhauriri poſſe hoc ſcreatu pituitam hanc oleoſam, perpetuo enim noua ſcaturit ex vaſis, quum lacteorum orificia quaslibet ciborum oleoſo-ſalinas partes transmittant; durat ſane haec exſcreatio, phtiſin aemulans, tam diu, donec vel immutatus ſit diameter lacteorum, vel donec illae cruditates in verum mutentur ſanguinem. Caueant hanc ob cauſſam cibos, oleum copioſius reſtituentes, ferant inediam, corpus motu exerceant, et abſtineant ſe a medicamentis, quum morbus ſit, non vi, ſed expectatione ſola tollendus. Sponte enim, quum extenuati antea fuerint, et phthiſici videantur, ſanitatem, redeunte aequilibrio recuperant, et non firmis tantum viribus, ſed et corpore, carne, boniſque ſuccis pleno redonantur.

§. 168.

Si porro huic oleo viſcidiori et craſſiori, ſalibus iuncto ſalſis, acribus ſimul, alcali grauiorque terra miſcetur, et hae partes ex chymo per lactea copioſius transferuntur ad ſanguinem, iam grauitatem inde maiorem acquirit, profundius fertur et arterias replet coeliacas partesque per haec vaſa irrigandas. Quae quum propter alcali terramque iunctam magis factae fuerint cohaerentes, difficilius miſcentur ſero, delatae ad fines arteriarum ſeroſarum tranſire nequeunt, ſtagnant, expandunt vaſa, comprimunt neruos, turbant functiones viſcerum, ad quae coeliacae arteriae tendunt; ſecretionesque in his partibus faciendae conturbantur. Idcirco a ſtagnante hoc ſero mollia lienis vaſa expanduntur, alia hinc inde comprimuntur, imminuitur lymphae ex lienoſo ſanguine ſeparatio. Vel ſi vi quadam per ſuccoſos RVYSCHII penicillos premitur, et in lymphatica vaſa protruditur, lympha viſcidior redditur, magisque inepta, quae chylum in meſenterii glandulis diluere poſſit. Simul inflatus lien tam deſcenſum impedit diaphragmatis, reſpirationemque reddit difficiliorem, quam et pondere ventriculum comprimit. In

pan-

pancreaticis vafis eadem ratione fecretio liquoris vel imminuitur, vel feccrnitur ineptus, qui terreftres ciborum partes foluere poffit. In cunctis ventriculi arteriis accumulatum ferum expandit minima ferofa vafa, comprimit neruos, fibras tendit, quae elafticae, fe contrahentes, peruerfo modo ventriculum contrahunt et naufeam vomitumque producunt. Exftillans ex finibus vaforum ferum vel vifcidius eft, adeoque minus refoluendis cibis idoneum; vel iufta eius portio propter obftructa vafa deficit. Motu fibrarum ventriculi ab expanfis arteriis impedito et turbato, cibi diutius remanent in cauo eiusdem, pondere fuo premunt, ac diaphragmatis defcenfui refiftunt. Hinc anxietas oritur poft cibos atque refpiratio difficilis. Iam in ventriculo fermentationem inchoant, per hanc aër, in interftitiis ciborum haerens, excluditur, a quo ventriculus multo magis expanditur, anxietas augetur, aliquantum ructibus leuanda. Sed noui perpetuo, continuante in ventriculo fermentatione, fcaturiunt. Simul hepar ipfum a ftafi in hepatica arteria vifcidioris feri inflammatur, tumet, fenfum dat onerofum in dextro hypochondrio, et pondere, quo ventriculo incumbit, moleftiam eidem creat.

§. 169.

§. 169.

Qui tandem ſanguis, vna cum ſero, oleoſis, acribus, alcalicis, terreisque partibus repleto, ex arteriarum a coeliaca ortarum finibus in initia ramorum venae portae tranſit, faciliorem per amplos fines radicum venae portae per hepar diſtributarum circulum abſoluit. Hae enim amplo diametro vel poris iunguntur biliariis, vel ramis cavae venae, ita vt in ſero ſolutae oleoſae alcalicae et terreae partes excipi commode poſſint ab initiis pororum biliariorum: et per illos, vel ope ductus hepatici perpetuo fluore in duodenum deſtillent, vel collectae in veſicula fellea, abſorpta per lymphatica vaſa tenuiore et aquoſiore parte, nouum acorem et viſcoſam indolem concipiant; donec preſſa veſicula a ventriculo expanſo liquorem contentum in duodenum transmittant. Quo magis itaque imminutae fuerint in liene, pancreate et ventriculo conſuetae ſecretiones: quo porro magis per fines arteriarum ſolidiorum ſanguinis partium, impeditus fuerit tranſitus: quo denique inertiora fuerint ex his ſecreta, menſtrua; eo copioſior in hepate bilis e reduce ex arteriis per venas portarum ſanguine ſecretio contingit. Haec autem

tem copia in inteſtinis addita cibis, plus ſolvit oleoſas ciborum partes, aquae miſcet et per patentia lactea ad ſanguinem reducit. Denuo igitur nouae in ſanguine accumulantur oleoſae partes, quae perpetuo quaſi fonte in illum dimanant. Simul relictae in chymo craſſiores bilioſae partes ſingularem in illo excitent fermentationem: aër in illis haerens, expanditur flatus generantur perennes, expanduntur inteſtina: deſcenſus impeditur diaphragmatis et anxietas augetur. Faeces autem magnam concipiunt putredinem, et vel ſiccae euadunt, vel retentae, aluo facile obſtructa, vel fermentantes et putridae, molles reperiuntur in excernendo.

§. 170.

Facile hinc eluceſcit, vi atque numero partium oleoſarum acrium, alcalicarum et terrearum, coeliacas arterias, parteſque ab his irrigatas nimis replentium praeualentibus, ſenſile cholericorum corpus, animamque mirum in modum perturbari. Hepatis moles aucta diaphragmatis adſcenſum, cui alligatum eſt, impedit; contra lien tumens ventriculus et inteſtina flatibus expanſa deſcenſui eiusdem reſiſtunt: anxietas vrget

get praecordia, reſpiratio aegre procedit, et
uxie ſentitur ſanguis circa hypochondria
ccumulatus: ventriculus ab acido a cibis,
iutius in illo retentis, irritatus, cibos enixe
oſcit. At, ſi dati fuerint, vel ſtatim, miti-
ato hoc acido, ſatietatem et nauſeam pa-
tur, vel, quum et expanſis vaſis fibrae
iusdem denſae ſunt, vomitu reiicit inge-
a, vel, ſi repletur, creſcit anxietas et in-
uietudo: nam preſſus a liene et hepate
entriculus expanſionem male fert et de-
cenſus diaphragmatis hoc inflato magis co-
ibetur: ſuſpiria perrumpunt coacta, quo-
um vi reciprocatio ſpiritus reddatur minus
npedita: liquoris gaſtrici et pancreatici ſe-
retione imminuta auctior fit illa bilis, at-
ue ciborum decens corrumpitur reſolutio,
mpha in liene ſecreta deficiente: chylus
on ſatis diluitur et, viſcidus manens, ma-
ſanguini admiſcetur: turbatur vniuerſum
ylificationis negotium: viuidus et venu-
us faciei color perit: ſanguinis impuritas
getur: omnes reliquae ſecretiones depra-
ntur: viua corporis alacritas in laſſitu-
nem vertitur ac taedium. Impedito ſan-
inis per potiora abdominis viſcera aequa-
tranſitu, augetur impetus verſus ſuperio-
s partes: cor ſaepius palpitat, ſtrictura
ntitur in faucibus: replentur nimio caro-

 tides

tides grauiori ſanguine: ſputatio in ore augetur, aures tinniunt, ſcintillulae coram oculis apparent, et viſus dolore afficitur. Spiritus in cerebro craſſiores, nec ſubtiles ſatis, ab expanſis vaſis ſecernuntur: influxus illorum redditur inaequalis, ac mens ipſa, triſtitiae fluctibus oppreſſa, ſibi displicet; haec autem vniuerſa variorum ſymptomatum concurſio, *malum* ſolet vocari *hypochondriacum.*

§. 171.

Dici non poteſt, quantopere torqueantur hoc malo tam ſenſilia cholericorum corpora, quod ex vnico hoc fonte lacteorum, ſucceſſiue amplificatorum, deriuatur. Atque hic ſtatus, vbi durauerit longius, nec vaſa apta fiant, iſtis humoribus vehendis ac legitime diſtribuendis, liquet, inde ſanitati multum damni metuendum eſſe, cum ſoleant viſcera obſtrui atque indurari, certumque ſit, omnem etiam ſanguinem contrahere ſenſim ſenſimque vitioſitatem; quo pacto ſequatur attenuatio corporis, perinde ac ſi vel phthiſicum eſſet, vel melancholicum. Poteſt quoque iſta viſcerum obſtructio progignere cachexiam, icterum, ſcorbutum, aliaque. Verum enimuero diffitendum non eſt, hoc rariſſime tantum

obtin-

ꝥbtingere in cholericis. Poſtquam enim
ıas corporis animique miſerias aliquamdiu
ꝥertulerunt, mutatis paullatim vaſis,
equilibrium reſtituitur, atque ſic redeunt
d priorem ſanitatem, viresque priſtinas;
ponte animus redit, corpus nouis ſuccis
ecreatur et noui videntur homines. Ex
ꝗuo licet intelligere, quare ſibi debeant
auere a farragine medicamentorum, ne,
am vrgente malo, noui addantur ſtimu-
. Nam ſane praeſtat, penitus illis
bſtinere, quam inconſulto vti copioſius;
enia remedia plane nil opis afferunt;
alida et heroica vires corporis adhuc
ntegras proſternunt: venaeſectiones,
iſi admodum vrgeat plethora, cadunt
ritae; quum non in rubicundo ſan-
uine, ſed in ſero vitium lateat. Ea
ero, quae extrahitur ſimul ſeri im-
uritas, breui, manente eodem lacteo-
um diametro, reſtituitur. Vomitoria
ilem abundantem quidem eliminant et
oncuſſione liberiorem per hypochondria
umorum circulum reddunt; ſed magis
tiam irritatur iam tenſus vbiuis ventri-
ulus et, ceſſante vi medicamenti, breui
edit repletio. Laxantia optime conue-
ire videntur, quum flatus eiiciant et,
uamdiu aluus aperta manet, melius

P 2 aegroti

aegroti valere videantur: sed, quia pe
laxantia mobilior, tenuior, et aquosio
congestorum humorum pars dissipatur
reliquum vero siccius et immobilius re
maneat, morbi difficultas recrudesc
post illa vehementius. Consultius erg
agerent, si malum ferant patienter, e
diluentibus tantum, potu tenui, copiosc
salino medio, et parum saponaceo, co
haerentes soluant humores, vasaque ex
pandant, vt illos vehere possint: simu
motu temperato, sed continuato corpu
exerceant, motum vehementem fugian
laesurum vires ac partes tenuiores diss
paturum. Solitudinem, otium et studi
literarum nimia vitent, ne spiritus, san
guini misti, illum reddant efferuescen
tem. Nec ad ea nimis attendant, qua
in suo corpore sentiunt; fit alias, quo
singulis momentis noui quidpiam obse
vari possint, dum huc, vel illuc aliquic
stagnat, inquieti, tristesque redduntur
attentione morbum augentes. Cibos n
sumant copiosos; pingues, oleosos, du
ros, acres: et solummodo tales eligant
quae facile concocti ex ventriculo abeunt
ac tenuem gignunt chylum. At cum
patientia non amplius vult sufficere tole
rando diutius morbo, partim resoluenti

bu

us fixis cohaesionem sanguinis oleoso
errei minuant; partim, quod praecipuum
st, et sine quo omnis labor foret frustra-
eus, lacteorum nimis patentia orificia
eddant angustiora. Tum vero cautio-
em adhibeat medicus, ne fines arteria-
um mesaraicarum in intestina hiantes
imul constringantur, et copiosa liquoris
ntestinorum secretio, et cum illa plurium
artium crudarum e sanguine euacuatio,
nalo semper euentu, cohibeatur.

§. 172.

Prolixior fui in enarrandis symptoma-
ibus, malum hypochondriacum aggra-
antibus, fere plus quam ordinis ratio iu-
ebat: sed quoniam hic status nostris
holericis ita sit solennis, vt non fere sit,
ui trigesimum annum ab eo prorsus im-
nunis attigerit; et quia miserum in mo-
lum torqueantur tam a morbo, quam a
nedicis, quos singulis mensibus mutant,
uippe noua expectantes a nouo medico
niracula, meum esse duxi, aliquantisper
nsistere huic inuestigationi. Nunc ex
odem fonte, lacteis scilicet magis dilata-
is et copiosiores terreas acidasque par-
es transmittentibus, quaedam per mini-
na vasa inferiorum corporis partium

tranſitum non habent ſatis liberum, plu-
rima adhuc deducere poſſem ſympto-
mata: poſſem declarare, quomodo par-
ticulae iſtae congeſtae et ſtagnantes in
meſaraicis ſuperioribus, flatus, tormina
colicam, diarrhoeam et, ſi acriores fue-
rint, dyſenteriam efficiant. Item, quem-
admodum accumulatae in meſaraica infe-
riore, haemorrhoidalia molimina, et
effluente ſanguine haemorrhoides ipſas
periodicas eam ob cauſſam producant
quod manente eodem lacteorum diame-
tro ſtato tempore eadem terreſtris ſan-
guinis copia colligitur. Nec minus, vt
congeſtae terreae et acidae partes in
lumbaribus arteriis dolorem dorſi pariant
intolerabilem; in adipoſis autem, renum
nutritioni dicatis, nephriticos dolores
quos, praecipitatis terreo - oleoſis, ſolutis
manentibus acidis, prima ad calculum
ſequatur diſpoſitio: ſimiliter, qua ratione
in hypogaſtricis et epigaſtricis ſtagnan-
tes, modo in collo veſicae, ſtranguriam
et dyſuriam, modo lumborum acutos
dolores, modo teneſmum ſuſcitent:
denique vt congeſtae illae terreae et
acidae partes ad artus ſtagnantes in
minimis circa articulationes arteriis
dolores afferant arthriticos, varium.

pro-

pro ratione loci quem occupant, nomen habentes, et quo pacto praecipitatae terreae, reductis acidis nodos tophosque compingant, motumque artuum vario modo deprauent; verumtamen, cum species istae morborum non singulariter cholerico temperamento tanquam propriae tribui debeant; sed reliquis etiam hominibus pari obueniant ratione, nunc quidem vberiori harum rerum explicatione supersedeo.

§. 173.

Explicatis autem, quae tunc in corpore accidunt, cum lactea successiue, prius tamen dilatantur, quam vltimi arteriarum fines crassiores partes, quas nunc transmittunt, vehere iuste possint, ad subitam continuo lacteorum dilatationem progrediamur. Quod si igitur per vitium quoddam in vitae regimine, aut per quamuis aliam caussam intestina, nimium emollita, dilatantur, ita, vt lacteorum orificia, in cauitatem illorum hiantia, simul et semel nimis aperiantur, dilatentur et dilatata maneant: breui quoque tempore crudae, magis cohaerentes, viscidae, terreae, oleosae, acres partes, biliosae praecipue naturae, quae naturali ordine

in inteſtinis reſtitiſſent, ad ſanguinem deferuntur, illique miſcentur. Hae quum ineptae ſint, quae tranſeant per minima vaſa, tenui tantum ſanguini vehendo adſueta, ſtagnant primum in anguſtis pulmonum vaſis, rete ſic dictum *Malpighii* conſtituentibus; tuſſis oritur et eiectio pituitae bilioſae, vt etiam anguſtia ſentitur pectoris, difficilisque reſpiratio. Quum vero haec vaſa mollia ſint, facile cedunt expanſioni, atque dilatantur ita, vt per venas ſanguis viam perſequi poſſit. Deinceps autem preſſae hae cruditates noua vi cordis non eadem qua adprimuntur celeritate per reliqua minima vaſa circumeunt, ſtagnantque. Inde laſſitudo venit tenſis in artubus oſcitatio, pandiculatio, dolores vagi, tamen tranſitorii; conturbatis et ſecernendi et excernendi actibus. Interim per lactea nimis patentia, nouae coagmentantur cruditates, preſſae a corde in vaſa minima, cutis praecipue, quae anguſtiſſima ſunt, et dilatationi propter fortes fibras maxime reſiſtunt, nec vlterius per anaſtomoſes transire poſſunt. Haec inter procedit cordis preſſio in arterias, et arteriarum in partes crudas minimis in vaſis ſtagnantes. Agit ſanguis in vaſa, vt expandantur; nerui compri-

primantur, ſpiritibus repreſſis ad neruorum initia, ſenſumque frigoris menti dent: ſimul inaequaliter, aucto tamen motu, in muſculos influunt, horroresque producunt, qui pro diuerſa quantitate partium ſtagnantium modo ſunt vehementiores, modo diuturniores: interea expanſa minima vaſa vi elaſticitatis contrahuntur, aguntque in id, quod ſtagnat: ſpiritus adfluunt animales, et ſolutionem ſtagnantium partium tentant: augetur vis cordis et arteriarum maiorum ex reſiſtentia orta in minimis: actio quaedam interna fermentatiua in ipſis partibus ſtagnantibus incipit, per quam fluidiores redduntur: hisque demum viribus coniunctim ſumtis, ſtagnantes in minimis vaſis partes, conteruntur, ſubiguntur, fluidiores redduntur, et per venas reuehuntur: ſolutae ac ſubtiles factae in ſanguine fermentatiuum motum continuant, et calor, exaucta cordis et arteriarum actione, ſimul augetur. Spiritus inſuper animales vberius ad ſanguinem lati calorem intendunt; motus inde ſanguinis rapidus per vaſa maiora, tardior paullo per minora: crudae illae, viſcidaeque partes vna cum reliquo ſanguine contritae ſubiguntur, et omnes

 ſtagna-

ſtagnationes expediuntur: temperatis paullatim motibus vehementioribus, vaſa minima expanduntur, et per excernendi vias, cum ſudore ſcilicet atque vrina, id rurſus e corpore exit, quod tanquam crudum per lactea penetrauerat, corpori adeo inimicum, nec per minima vaſa iuſta circuitione transferendum. Nunc liberata eſt maſſa ſanguinea a cruditatibus, vt homo perfecte ſanus videatur, nec aliud quidpiam praeter laſſitudinem ſentit; donec, manente dilatatione orificiorum lacteorum nouae crudae partes, quae in cholerico ſemper bilioſae ſunt, in ſanguine ſucceſſiue colligantur, nouumque, ſtagnantes, paroxysmum attrahant. Quae quidem paroxysmorum alteratio tam diu continuat, quam diu lactea manent dilatata, et craſſiores ex chymo partes tanta quantitate transmittunt, quanta paroxysmum producere poſſit: eo ordine, vt, ſi in quadraginta et quod excurrit horis, tanta colligatur per lactea in ſanguine copia, tertiana dicatur exquiſita; ſi iam viginti horis accumulata ſit, duplicata: ſi breuiori tempore, propter quam maxime amplificata orificia, accedat triplicata, et ſic porro nominanda.

§. 174.

§. 174.

Interim continuante hoc acceſſionum ordine dilatantur et amplificantur minima vaſa et ſoluuntur, conteruntur que maſſae ſanguineae partes magis cohaerentes. Quae cum adhaereant interſtitiis fibrarum, illaque expanſa retineant, nutriantque; ſimul omne id, quod ex alia cauſſa in corpore coaceruatum erat, ſoluitur: quod ſtagnabat, et coagulatum erat, fluidum redditur et mobile; quapropter haec febris tunc praecipue, ſi cholericos corripit in incremento corporis adhuc conſtitutos, et ſtatura et viribus agendis ſemper eſt ſalutaris. Namque incrementum propter continuam cunctorum totius corporis vaſorum expanſionem indies augetur et febris prius non ceſſat, quam omnia totius corporis vaſa reſpondeant amplificato lacteorum diametro. Nullo itaque modo ſiſtenda eſt febris iſta in iunioribus, robuſtis et caeteroquin ſanis, ſibi potius eſt relinquenda et, vbi remediis opus videatur, non ſint niſi talia, quae partes, poſt paroxysmum non perfecte euacuatas, ſoluant, ſolutas teneant et per congrua excretoria proiiciant. Contra penitus abſint omnia terrea et adſtringentia; abſit chi-

nae

nae cortex; haec enim licet lactea reddant angustiora, adeoque praecludant transitum in sanguinem nouis ex chymo cruditatibus, vt sistatur febris, nec vlterius paroxysmi, deficiente noua materia, recurrere possint: simul tamen vna cum lacteorum orificiis constringuntur fines arteriarum mesaraicarum, quorum ope critica febrilis materiae euacuatio bene et vbertim perficitur. Facili etiam negotio haec vitiositas, nisi forte fortuna, (quod vero semper anceps et incertum est) iam omnis sit eliminata, in sanguine remanet. Tum quia nullo vlterius sequente paroxysmo, motum nouum intendente, non soluitur stagnetque, vasa, glandulas, viscera obstruens. Praecipitata febrilis saburra etiam non raro ad tunicam fertur adiposam. At enimuero, si quis est, qui patienti et tranquillo animo debeat intermittentem febrem, morbum non nimium grauem ferre, certe is est cholericus. Non habet quod medici turbatus et anxius medelam poscat, eoque ipso velut illum cogat, vt morbum aut minuere, aut vi auferre velit. Hic enim si acceleratur morbi curatio, corporis ipsius vis, incrementum ac robur perit: si intercipitur febris, et china in remedium adhibetur,

tur, nunquam certi ſumus, annon remanſerit aliquid materiae febrilis, quod aggregatum ſucceſſiue in corpore, prima iacit plerorumque morborum chronicorum fundamenta, poſt plures demum annos ſeſe prodentia. Nec facile videas, cholericum chronico quodam morbo laborantem, cuius origo non ad febrem intermittentem, male tractatam referri debeat; quamuis morbus nunc per ſua ſigna cognitus, nullam fere coniunctionem cum febri iſta habere videatur, et potius ab illa remotiſſimus videatur.

§. 175.

Si porro ſanguis cholerici, cuius lactea ſubito dilatantur, iam copioſas habet oleoſas, ſubtiles, et facile interuentu acrivm ſolubiles partes, quae nouarum acrivm et oleoſarum partium acceſſione quantitate augentur: ſi quoque per ſequentem paroxysmum non crudarum ſolummodo de nouo adductarum, ſed et iam in ſanguine haerentium oleoſarum partium ſubtilis attenuatio, comminutio et rarefactio oritur; facile omnis cholerici ſanguis efferueſcit, et inceditur. Quamuis igitur, finito paroxysmo, crudarum partium copia ſit imminuta, tamen

et

et per ἀπυρεξίας tempus continuat aestus, et reliqua febrium symptomata; collectis vero stato tempore nouis per lactea cruditatibus, nouo horrore, vel singulis, vel alternis diebus nouus redit paroxysmus, symptomata redditurus acerbiora. Et hic morbus modo semitertiana, modo tertiana continua, modo caussus dicitur, si vel plures et crassiores, vel pauciores et facilius soluendae cruditates per lactea suppeditantur; maxime autem frequentissimus est hicce morbus in temperatione cholerica; simul vero circumspectum requirit medicum, qui sciat istam dispositionem, quae iam in sanguine haeret, prius immutare, quam nouum, intermittentem scilicet, morbum putet adgrediendum: temperanda est actio contrariorum salium tam in se, quam in sulphur: critica resolutarum partium euacuatio quouis modo promouenda, quo compositus morbus mutetur in simplicem, et continuans in intermittentem, donec perfectum sit tempus ἀπυρεξίας. Hoc facto solenni tertianis curandis modo apud cholericos obtinente peragatur curatio. Vomitorium autem praestantem in his compositis morbis vsum habet; vbi vtrumque, salia, oleumque terre-

stre

ſtre copioſius, in coeliacae arteriae ramis collectum, prodit: parcamus porro hac in re omnibus calidis, et iis, qui re vera calorem excitant; et iis qui facultatem habent extenuandi ſanguinis. Dum enim haec oleum crudius, ſubtilius et facile inflammandum, ſalia vero ſubtiliora atque ad maiorem vim penetrandi aptiora reddunt, accidit, vt intermittentem febris continua, hanc vero ardens et ſanguinis, incendium omnimodum, quid? quod, reſolutio deſtructoria ſequatur.

§. 176.

Cum ſanguis cholerici laeſo interruptoque cuiusdam viſceris miniſterio ſucceſſu temporis, acres quasdam non ſatis elaboratas partes, nec ſanguini perfecte homogeneas, tamen eiusdem magnitudinis et cohaeſionis contrahit, quae per minimos excretoriorum fines exire nequeant, nec tamen maioribus vaſis coërceantur; varii generis ſymptomata inde ducunt originem. Namque illae oleoſis, terreisque grauioribus partibus iuncta, modo hac, modo illac ſtagnant, collectae obſtructiones gignunt, functiones viſcerum turbant, irritationesque cum doloribus et ſpasmis producunt: mox

mox ſeparatae ab illis ſero rurſus miſcentur, priorque morbus tollitur: ſed breui, noua cohaeſione facta, redit. Hoc ſane morbi genus mirum in modum plerosque vexat cholericos: varia experiuntur in corpore ſymptomata; nomen tamen certum morbi nullo modo tenere poſſunt. Tentati hoc modo, ſi de obſeruando ſymptomate attente laborant, ſtatim euaneſcit, atque ſub nouo ludit ſchemate diuerſo, pro ratione partis quam occupauit: modo internam in ſanguine movet lentam quamuis fermentationem et calorem, vt lenta febris videatur: modo vi quadam ad corporis pellitur peripheriam, ſub ſcorbuticae purpurae, vel aliarum macularum ſine febre forma: tunc vbi acrimonia externas partes inuadit, internae ſunt liberae: cum internae premuntur, externae valent. Talis cholericis non infrequens ſtatus, nomine adhuc caret, dignus tamen eſt, qui vlteriori obſeruationi magis in lucem ponatur. Prima eius cauſſa medici perueſtigationem diu fatigat, quoniam aliqua hepatis, lienis, pancreatis, meſenterii glandularum, &c. pars, nec ſenſu ſubtili praedita, nec euidentibus ſignis cognoſcenda, generet acrimoniam e perenni quaſi fonte ſanguini

guini commixtam; ex quo difficilis intelligitur curatio: etenim requiritur ante stagnantis materiae resolutio et apertio obstructorum quorundam in viscere vasorum, quam ipsa in sanguine collecta acrimonia possit impugnari, nec minus accuratior partis male adfectae cognitio. Id tamen in genere obseruetur, prouidendum esse hoc in statu cholerico, ne medicamentis, vehementius operantibus, vtatur: abstineat ab omnibus euacuantibus, quae leuamen breue quidem afferunt, at ipsum morbum non tollunt, imo exacerbant potius et exulcerant. Salia enim sanguinis, quae fundamentum constituunt morbi, talis sunt naturae, et eam cum sulphure cohaesionem habent, vt nullo modo per serosos excretoriorum fines ex corpore possint expelli. Idcirco imminuitur illis temperatius serum, acre vero maius incrementum sumit.

§. 177.

His igitur salibus, iam in sanguine cholericorum adgregatis, si copiosius sulphur siue oleum iungitur, et simul actio horum salium in sulphur vel a calore externo, ac medicamentis calidis, vel per vsum

ſpirituoſorum, aut motum muſculorum vehementem intenditur: calor exoritur, vt et maior, minorue interna humorum fermentatio, cum reliquis febris continuae ſymptomatibus. Hae fermentantes ſanguinis partes, ſero non vero ſanguini rubicundo inhaerentes, preſſae a corde et arteriis maioribus in initia feroſarum, per fines illarum tranſire nequeunt; ergo ſtagnant in initiis his feroſae arteriae, dum per fines illarum tranſire nequeunt: fermentationem quoque in loco ſtagnationis continuant, expandunt vaſa, ac diſtendunt neruos. Tum obſeruabis calorem, tumorem, dolorem, ruborem in parte adfecta, quae ſymptomata coniunctim ſumta, inflammatio dicuntur. Quae quidem varia eſt pro ratione loci, in quo ſtagnatio contingit: locus hic diuerſus eſt pro ratione reliquae conditionis ſanguinis, illiusque grauitatis ſpecificae: fit etiam a frigore externo, calenti et iam per actionem internam ſalium efferueſcenti corpori ſuperinducto. Atque his inflammationibus cholerici frequentiſſime conflictantur: praecipue pleurae, ipſorumque pulmonum: nam acris et oleoſus ſanguis, qui ſingulari directione ad vaſa pectoris fertur,

tur, iam supremum hic imperium ha-
bet; sunt autem summe vehementia in
cholericis symptomata inflammationis;
quae breui tempore, et ob animi sensili-
tatem cum impatientia coniunctam, et
ob spirituosum illorum corpus, summum
gradum attigisse videntur. Nec tamen
nimium est metuenda symptomatum vio-
lentia, quod pari celeritate adueniunt,
pari euanescunt: suscipietur igitur statim
venaesectio, si opus est et postea fixis
diaphoreticis, seu resoluentibus, stasis ex-
pediatur. Acido sistatur fermentatio et
acrimonia reliqui sanguinis temperanti-
bus salino-terreis corrigatur. Non tamen
adhibeantur volatilia et spirituosa, nec
regimen nimis calidum. Hoc enim in
phlegmaticis, melancholicis, et nonnun-
quam in sanguineis morbum breui tollit;
contra in cholericis breuissimo tempore,
inflammatione reliqui sanguinis inde exa-
cerbata, rem in peius mutat, et exanthe-
mata febrilia non sine aegri periculo pro-
ducit. Inflammationes vero si rite tra-
ctantur, multo citius et securius, quam
in reliquis hominibus curantur: neque
tot, tantasque relinquunt obstructiones,
suppurationes, atonias, &c. sed breui
sanitas restituitur in integrum.

§. 178.

At ſi contingit, vt ex ſulphure quodam tenui putrido, ſalibus ſubtiliſſimis iuncto, vel in ipſa ſanguinea cholericorum maſſa generetur fermentum, aut per aërem in alio loco formatum et ortum, in corpus cholericorum per contagium tranſeat: continens oritur morbus, quem ſynochora putrem appellant: iſtud fermentum, cum ſanguinem iam inueniat ſalino-oleoſum copioſum, atque ad quamlibet fermentationem ſuſcipiendam facile aptum, in illo, et quidem parte eius rubicunda, pro ratione actiuitatis et ſubtilitatis fermenti, parem orditur fermentationem; modo tardiorem, modo celeriorem, modo celerrimam: ſanguis fermentans et inflammatus rapidiſſimo curſu omnia vaſa percurrit: grauiſſimaque a motu ſpirituum ſanguinis mutato, etiam a laeſis ſtatim functionibus viſcerum, oriuntur ſymptomata: ſanguis fermentans redditur fluidiſſimus, rubicundus vaſa ſubit ſeroſa. His obſtructis, ipſe quaſi in vappum mutatus colliqueſcit, et poſt effluxum ſulphuris vel ſpiritus putreſcit cum aegri exitio. Interdum fermentantes partes, putredini vicinae, a viribus naturae ſubactae critice eiiciuntur, non

per-

perfecte ſubactae deponuntur, aut ad corporis peripheriam pelluntur ſub nomine purpurae albae, petechiarum, febris ſcarlatinae, variolarum, morbillorum &c. Deſcendunt etiam non raro in viſcera quaedam interna, aliasque corporis partes, nouo et vario, pro ratione nobilitatis partis aut niſus materiae ad putredinem, aegrotantis periculo: quod vinci poteſt facilius, cum partes ad excretionem ita ſunt aptae, vt ſanioſa et putrida maſſa exitum habeat facilem, quales ſunt inteſtina et renes. Grauius autem eſt, et dubius ſemper euentus, ſi partes per excretoria vaſa non ita late patent, vt ventriculus, pulmones, fauces. Lethali fere ſemper cum euentu, ſi minus aptae ſunt excretioni partes, ad quas deponitur fermentans et putrida maſſa, in ipſa ſcilicet coronaria cordis vaſa, ad hepar, lien, pancreas, cerebrum, vbi breui tempore ſphacelus congeſtionem ſequitur materiae.

§. 179.

Tale fermentum vel in aëre, vel in aliis hominum corporibus generatum, et magnam ſtragem per contagium edens, nulli ſane hominum generi maiores ſtruit inſidias, quam cholerico. Miſcetur opi-

nione citius illorum humoribus, vasis in cu-
te vasis et lacteis late patentibus, et malum
facile in se suscipientibus. Miscetur et-
iam breui sanguini rubicundo, quum ho-
mogeneum sit sanguini cholericorum
iam salino, sulphureo, et ad quamlibet
fermentationem suscipiendam prono.
Quamobrem breui tempore fermenta-
vniuersum cholericorum corpus et in-
flammatur; produnt se atrocissima sym-
ptomata, machinae interitum minantia.
Attamen euenit etiam interdum, vt, quam-
vis signa iam instantis mortis scenam vi-
tae claudere videantur, effugiant pericu-
lum, et praeter opinionem euadant in-
columes. Caussam rei affert spirituosus
acribusque salibus impraegnatus illorum
sanguis, qui putredinem, ex fermentatio-
ne ortam, potest arcere. Tum etiam vi-
res cordis et arteriarum firmae sunt, va-
saque robusta, vt, nisi iam singularis ato-
nia partis cuiusdam adsit, nullibi mate-
riam stagnare, aut putredinem concipere
possit. Acriter potius subigitur, vt ve-
hementi crisi suborta aegrotus periculum
effugiat, quod instabat.

§. 180.

Singulari tamen studio opus est, vt in
tali statu contagioso epidemico auertatur

a cho-

a cholericis periculum. Ab initio ne properemus ad venam ſecandam, niſi forte antea omiſſum ſi, aut, impedita quadam ſanguinis euacuatione, ſumma vis vrgeat plethorae. Quo enim magis vaſa ſanguine redduntur vacua; eo maior oritur vaſorum in illum actio; et fermentum, ſanguine commixtum, locum nanciſcitur viresque, vt penitius humoribus admiſceatur: confeſtim potius ſi pateat iam tranſiiſſe quidpiam ad ſanguinem, quo rationi indolis fermenti atque naturae eiusdem procuretur eiectio. Quod vbi iudicatur et perſpicitur e grauitate artuum, pruritu in ipſa cute, mutato cutis viuido colore et mollitie ad corporis peripheriam, vaſaque in cute diſſeminata: ſtatim per diaphoretica et ſudorifera a ſanguine ſeparetur. Vbi praecordiorum anxietates, nauſea, conatusque vomendi docent per coeliacae arteriae ramos diſperſum eſſe fermentum, vomitorio educatur. Vbi denique ventris colica tormina monſtrant in meſaraicis latitare fermentum, laxante medicamento promoueatur, priusquam altiores agat radices, ſanguinique penitius immiſceatur. Tum neceſſe eſt, vt his euacuantibus, vel vera balſamica interponantur acida, quae

vlteriorem fermentationem materiae, putredinemque prohibeant: vel ipſis euacuantibus iungantur; quibus ipſa fermenti grauitas ſpecifica immutetur et eiusdem omnes partes auferantur.

§. 181.

Sed ipſa iam ſi incenſa ſit per actionem fermenti ſanguinis maſſa, parcendum eſt omnibus euacuationibus; quia tunc rubicundo ſanguini prorſus immiſtum eſt fermentum, vt ipſe ſanguis fermenti aſſumſerit naturam, nec amplius a ſanguine perfecte poſſit ſeparari. Quando igitur per euacuans medicamen humores ad ſingularem quandam partem vi coguntur, vna cum ſero, ſanguis rubicundus per fermentationem ſubtilior factus ſubit ſeroſa vaſa, ſtagnat. Quis quum iam inflammatorius ſit, breui illius partis, ad quam per euacuans deducitur, inflammatio ſequitur, grauiſſimis comitata ſymptomatibus. E contrario vera balſamica acida, fixaque ſalia, terra et fixo ſulphure adhuc temperata exhibeantur ad fermentationem temperandam: quo ipſo ſanguis et fermentum iſtud maiorem acquirit grauitatem ſpecificam. Simul autem perpetua tametſi

blanda

blanda leniorque diaphorefis conferuetur, per fixa diaphoretica et vera cardiaca, copiofumque diluentem potum, quo illud fubtile putridum fulphur, per fermentationem a cohaefione liberatum, auctis cunctis fecretionibus et excretionibus eliminetur. Atque huic viae tam diu infiftatur, donec fermentationem et inflammationem temperatam videas, et pleraque difparuerint fymptomata. Quo facto illae crudiores partes, quae diffipatis volatilioribus praecipitatae funt, exhibitis euacuantibus, ftatui aegri et morbi accommodatis, repetitis euacuantibus expellantur, donec nil amplius nociui fupereffe pateat; hifce tamen conuenientia iungantur refoluentia vt foluere fimul materiam, folutamque eiicere poffint: nam fimpliciter talia fuccos aquofos magis, quam nociuos, vtpote oleofos et terreftres, expellere folent.

§. 182.

Expofitis morborum, quae cholericis peculiares videntur, cauffis, quaedam adhuc de fymptomatibus monenda duxi. Sitis in his hominibus raro morbus eft, nec de illo ad morbofum corporis ftatum valet conclufio. Etenim fimulac

 aquofae

aquosae in sanguine partes deficiunt, siccitas oris, crebrumque bibendi desiderium exoriuntur: vel, si serum salibus nimis est saturatum, statim in faucibus stagnat, et diluitionem postulat, adeoque et sanis cholericis frequens est symptoma. Sedatur autem sitis potu calido aquoso, ex oris siccitate, et aquae in corpore defectu orta: acidis, ab alcalica salium in oleosas sanguinis partes actione, et stagnatione oleosi sanguinis semiresoluti in serosis faucium arteriis veniens: mucilaginosis contra et oleosis, a salsis salibus, solidas sanguinis partes soluentibus et attenuantibus, vt in initia serosorum vasorum deferantur, collecta.

§. 183.

At cum ciborum appetentia languescit in cholerico et nausea persentiscitur, merito timendus est aliquis morbi accessus. Ista enim cupido propter acria et spirituosa menstrua in sano cholerico semper est maxima, raro cruditatibus ob vim ventriculi validam a cibis ibi restantibus, quibus interturbata tollatur. Quae si sublata sit, statim intelligitur, crasin ac temperiem sanguinis mutatam, et aliquam eius fermentationem inchoatam

esse,

esse, qua secretiones omnes perturbentur, stasin etiam oriri circa ventriculum. Hoc quidem edendi desiderium in cholericis nunquam aromaticis, vel acidis, vel amaris exstimuletur, quibus illi, qui circa ventriculum stagnant et adgregati sunt humores, soluerentur, fluidiores redditi, vt ex arteriis serosis, in serosas venas redeant, et sanguini rursus misceantur, postquam a stasi vitiosam et fermentantem naturam nacti sunt, quam nunc eo magis in sanguine produnt. Praestat caeteris paribus leni vomitorio ea mox eiicere, quae ventriculo sint nociua, et vasa eiusdem obstruant, vel iteratis laxantibus primas repurgare vias. Cibi cupiditas vbi non statim redierit, nunquam aegrotus ad assumtionem ciborum cogendus aut persuadendus est, si etiam per plures dies ieiunus manserit. Insuper cibi locum expleat potus quomodocunque nutriens; et vltro sane, quando concoquere denuo cibos vertriculus didicerit, reuertetur esuries: quae si prius stimulo excitatur, quam si natura eo tendat, cibi, ventriculo ingesti, deficientibus menstruis, non concoquentur, nec chylus attemperatus erit sanguini.

§. 184.

§. 184.

Nec minus vbi praeter naturam aucta fuerit in cholericis ciborum capiendorum libido, partim ex acribus nimis menſtruis originem ducit et tunc horum exterminatione opus eſt, praemiſſis mucilaginoſis et ſulphureis fixis acrimoniam temperantibus: vomitorium etiam adhibendum, repurgaturum gaſtrica vaſa, et illas acidas reliquias exterminaturum, quae a cibis in ventriculo fuerint relicta. Partim habet ortum ſuum a nimia neruorum conſtrictione, motuque ſpirituum impetuoſo: quod ſi eueniat, anodyna circumſpiciamus, ſed blanda ac temperatiſſima.

§. 185.

Nutritio corporis cholericorum varia intelligitur. In infantili aetate teneri ſunt et ita graciles, vt vix videantur ſufficiens naturae robur acquiſituri. In iuuenili, praecipue circa decimum quartum annum ſingularem in modum, ſimul ac ſemel ad eam excreſcunt magnitudinem, quam forma externa permittit; gracilitas autem manet, agiles ſunt ac teneri; nonnunquam adeo macri, vt febre lenta, vel hectica laborare exiſtimentur. At ſuperato anno trigeſimo

pro-

progressu temporis saepius ita crassescunt, et corporis obesitatem contrahunt, vt plane habitum naturamque mutasse videantur. Non igitur a macie in cholerico ad morbosum statum colligi potest, quum illa corporis nutritio vnice a lacteorum diametro originem trahat. Subtilis nempe cholericorum sanguis, subtilem quoque in infantibus, paucam vero, dat nutritionem. Mox in iuuentute expanduntur lactea, vt copiosior alimentosae materiae in sanguinem transitus fiat. Tum transeunt crassiores partes, quae totius corporis vasa, adeoque totum corpus expandunt. Praeterea transitus iste crassiorum chyli partium in sanguinem saepe ita est copiosus et repentinus, vt saepenumero cholerici, in annis incrementi febres patiantur intermittentes, quae tamen mirum in modum inseruiunt accelerandae expansioni et corporis magnitudini. Quod si vero iam is est lacteorum diameter, per quem copiosa quidem salia, et subtile oleum siue pinguedo transmittatur, facile soluitur sanguinis oleum atque pinguedo a salibus, miscetur sero, et per excretoria abit, ita, vt semper defectus sit in sanguine, nutribilis oleosae scilicet blandae materiae. Contra, si ma-

ſi magis magisque lactea dilatantur, craſſiores quoque oleoſae et terreae partes ſucceſſiue transcendunt: atque illae non temperant tantum actionem ſalium, ſed et firmiorem ſuggerunt nutribilis materiae copiam: replentur hoc ipſo tunicae adipoſae veſiculae oleo et pinguedine, vt expanſum corpus craſſeſcat. Nil vero magis cholericorum obeſitatem auget, quam corporis munditiies, quies et frequens vomitorium; ſicuti minuit illam motus muſculorum, ſudor copioſus, animiue crebrae perturbationes, et labor anxius.

§. 186.

Pulſus in hoc noſtro genere ſingulis fere momentis a quauis in corpore cauſſa mutatur. Vnaquaeque animi affectio illum reddit celerrimum, quaeuis irritatio durum et, quilibet flatus, vel alius renixus inaequalem. Quapropter huic micanti arteriae ſoli non tuto fidendum, niſi omnia apte ſibi reſpondeant ſymptomata. Quippe ſanguis cholericorum fluidus eſt et ſolutus, qui premitur vi cordis et arteriarum vehementi. Quae vis largo ſpirituum confluxu, quorum natura ſubtilis eſt, mobilis, atque viuida,

con-

conseruatur. Idcirco quaeuis caussa, motum immutans spirituum animalium, non potest non simul mutare pulsum. Quamuis autem raro ac celeri, duro et forti pulsu periculum sit metuendum: tamen magis hic timor instat, si quando debilis fuerit ac tardus. Namque hoc imminutum indicat spirituum influxum, humoresque crassos, ex quibus facile correptio et putredo humorum in cholericis progenita sese ostendit. Pari modo cordis palpitatio non facile morbus est, nisi aliis coniungatur symptomatibus. Motus enim cordis a quolibet influxu spirituum animalium mutato, varie afficitur: ita, vt quaelibet animi commotio extemplo cordis palpitationem moueat. Nec minus quaeuis repugnantia contra sanguinem, vel etiam diaphragma flatibus tribuenda illam reddit vehementiorem; at si debilior fiat cordis motus, aut inaequalis, ne simus securi, quum sanguinem spiritibus denudatum adeoque ad putredinem pronum significet.

§. 187.

Calor in cholericis maior semper quam ordinario modo in aliis hominibus esse solet; eo quod sal et sulphur tanquam

prima

prima ipſius caloris materia, copioſe non adſint tantum, ſed et in ſe inuicem agant; ſed calor iſte plerumque inaequalis eſſe ſolet, praecipue ſi graciles fuerint cholerici et valde ſenſiles. Caput quidem et ſingulariter frons calet, vel potius aeſtuat: pectus et abdomen temperatum habent calorem; extrema, ſi tactu iudicentur, frigida ſunt. Tunc tamen, quod mirum, optime valent, firmisque viribus pollent noſtri. Calor enim corporis tunc non ex interna partium in ſe inuicem actione, ſed a motu ſanguinis progreſſiuo, admiſtisque ſpiritibus pendet. Vbi autem volae manuum ac pedum ſicco calore infeſtatae ſunt, tum fermentant humores et male ſe habent. Quamquam non raro ſigna morborum a calore deſumta fallunt in cholericis, qui etiam a morbo vacui ob reſolutionem ſulphuris per acre alcali auctam maxime incenduntur. At contra in febribus acutis, etiam ardentibus calor temperatior et naturali ſimilis videtur: fitque hoc inprimis cum progreſſu morbi, eiusque violentia diu tracta, ſubtile ſulphur eſt diſſipatum, et per auctas excretiones expulſum.

§. 188.

§. 188.

Videndum nunc eſt, quomodo calor in noſtri generis hominibus mitigari poſſit: a ſiccitate ortum vel aqua pellit et oris exaeſtuatio vel ſolo frigidae hauſtu, in buccis aliquamdiu retento, leuatur; manus pedesue laborantes caloris grauitate poſcunt lotionem aquis temperate frigidis peragendam. Interna ſalis alcali in ſulphur actione commotus aeſtus, ab acidis atque ſalibus mediis, ſatis larga aquae copia dilutis, expectat leuamentum, a mucilaginoſis autem, gelatinoſis, atque oleoſis temperatis, ſicubi calorem produxit acrimonia vniuerſe conſiderata. Si tandem fuerit ortus a ſubtili ſpirituoſoque ſulphure ſanguinis, vel a nimia ſpirituum, ſanguini innatantium, vbertate, remedium afferunt praeſentiſſimum diaphoretica et ſudorifera; eius tamen indolis atque naturae, vt rem ſuam peragant ſine vlla ſanguinis exaeſtuatione. Ita facillime ſudore orto vaporoſum ſulphur in ſanguine, aërem in vaſis, adeoque ipſa etiam vaſa diſtendens eiicitur per ſpiramenta pororum, et placida reſtauratur humoribus tranquillitas.

§. 189.

Frigus rariſſime afficit noſtros, et ſicubi ſentiatur, non proficiſcitur a defectu caloris et ſulphuris in ſanguine, ſed a ſpaſtica potius vaſorum conſtrictione. Quapropter etiam cholerico aegro, de frigore conquaerenti, non ſunt porrigenda medicamenta calida, vt ipſis tollatur frigus, ſed reſoluatur id, quod ſtagnat in vaſis minimis, ſpaſticam conſtrictionem, eiusque vitio ſenſum frigoris, non ipſum frigus excitans. Emolliantur etiam anodynis temperatis ac dilutis vaſa vi ſpasmorum conſtricta. Atque hoc vtrumque, vt conſequaris diaphoreſin, ſudoremque blandum vt procures, auctor ſim. Quibus effectis impetus frigoris infringitur. Morbi vero, vbi frigus ſecum ferunt, indicium hoc eſt, materiae morbificae ſtaſin praeceſſiſſe, quam vel criſis, vel nouum periculum aliusue morbus ſequatur. Generatim creberrimae ſunt in cholericis etiam ſanis horripilationes, acciditque hoc maxime, ſi vaſis acre quid inhaeret, quod ſtaſin prodit, tametſi difficulter reſoluendam. Sic etiam reſpiratio in cholericis per leuiſſimam cauſſam laeditur, cum vnaquaelibet perturbatio animi, et quaeuis ebullitio ſanguinis acceleret illam.

lam. Accedit, quod omnes fere cholericorum morbi anxietate praecordiorum et reſpirationis difficultate incipiantur. Namque a ſanguine quouis abundante, ſalino, oleoſo, ac dulci, rarefacto et aeſtuanti ob expanſam nimis arteriam pulmonalem, pariter ac propter omnem ſanguinis per arterias coeliacas congeſtionem et flatus, deſcenſus diaphragmatis impeditur, aërique in pulmones liber introitus adimitur: quem vero ſtatum ſatis frequentem, imo pene naturalem cholericorum non eſt, quod valde miremur. Quamuis ergo de reſpiratione laeſa conquerantur noſtri, non tamen putemus, morbum hic adeſſe ſingularem, ſed videamus magis de ſanguinis quantitate, qualitate, ebullitione et fermentatione, nec minus de repugnatione diaphragmatis in hypochondriis animaduertenda. Quorum omnium comes eſt haec difficilis reſpiratio pro ſymptomate habenda. Si vero dolor adſit, et inaequalis reſpiratio in ipſis pulmonibus vel pleura, vel in motu ſpirituum morbum quaeramus, vtpote qui ſit varius pro ratione cauſſae morbi, cum aegri periculo. Vires tamen pulmonum ita ſunt praeſtantes, vt, quamuis cum difficillima reſpiratione luctentur, tamen non ineuitabile putandum ſit periculum. Exinde

ad cholericos prae aliis omnibus referendum eſt vetus verbum: „Non eſſe deſperandum de aegri ſalute, quamdiu aër ad meatus pectoris vltro citroque feratur.„

§. 190.

Viſus cholerici hominis variis obnoxius eſt calamitatibus. Nerui enim tam ſenſiles ſunt, adeoque ſubtiles, vt facile ab vnaquaque cauſſa poſſint adfici: rarefacti et aeſtuantes humores rapido ſemper motu, non tantum quia leues ac ſpirituoſi ſunt, ſed etiam quod per hypochondria illorum difficilis ſit tranſitus, verſus ſuperiora vehementiſſime pelluntur: ſic replentur et expanduntur vaſa capitis, et ſingulariter oculorum, tam ab externa carotide originem ducentia, quam ab interna, rubicundus ſanguis intrat vaſa ſeroſa et extrinſecus ophtalmiae accedunt: tum ab interiori parte quod craſſiores ſanguinis partes ſubtilia vaſa tunicas oculorum nutrientia et humores ſecernentia ſubeunt, non perſpicuitas tunicarum et membranarum tantummodo tollitur, ſed et humores oculorum craſſiores redduntur, adeoque impares, qui radios exacte transmittere, et in retina iuſtam imaginem depingere queant. Hinc ſaepe

ſcin-

ſcintillulas prae oculis habent, quae tamen infra in ipſis humoribus quaerendae, telas et araneas, nec non cataractas ſentiunt, neque deſunt, qui gutta ſerena laborent. Quibus praeſtructis tenendum eſt, cholerico ab omni veneris vſu eſſe abſtinendum, vbi iam nonnulla ſe prodit oculorum debilitas, ne ſanguini male conciliet exaeſtuationem noxiam: remoueat quoque ſpirituoſa, fugiatque acutum ſolis ſplendorem. Igni non facile admoueat oculos, nec lucernae, vt eius opera adiutus minutas litteras aut cognoſcat, aut ſcribat, acie vehementer ad intuendum applicata. Praeter haec aperientibus et leniter aluum laxantibus circulum humorum per infimi ventris vaſa reddat liberiorem et, diaphoreticis iuſto ordine adhibitis ſero et ſanguini limites firmet, grauioribus euacuationibus et venaeſectionibus vitatis, niſi maxima plethorae neceſſitas cogat. Deinde ſuaſerim, vt frigida, quippe quae in cholericis eximiam roborandi, et circulum aequalem humorum conſeruandi vim habet, et oculos ſingulo mane et pedes lauent.

§. 191.

Cum cholerici grauiter laborare incipiunt, oculi ſuum ſtatim vigorem amittunt.

tunt. Quam diu vero ille nitor non perit, etiam in grauissime decumbente, tam diu de salute non est desperandum. Etenim oculi tot tantisque neruis instructi, a copiosissimis non modo spiritibus irrigantur; sed etiam cum omnibus fere reliquis corporis partibus amice neruos conspirant. Quamdiu igitur nondum extinctus est eorum splendor, apparet, expeditum adhuc esse spirituum motum, et sanguinis crasin nondum destructam; siquidem viuidi supersint spiritus ex illo secernendi. In cholericis vero spirituum motus praeualet, qui cum neruis adeo subtiles sunt, vt leuissima bonae valetudinis mutatio statim ex oculis disci possit.

§. 192.

Eandem ob caussam aurium quoque tinnitu ac susurro cholerici vexantur, atque hoc venit a rapido humorum versus superiora motu, et a sanguine, per hypochondria liberum transitum non habente; quare per congestum in parte auris interna sanguinem calor intenditur, et grauior fit arteriolarum pulsatio, quo aër expanditur, et ab interiori parte aërem similiter versus tympanum trudit, ac si ille ab exteriori parte

parte huc moueretur: neruis ab expansio-
ne arteriarum intensis tinnitus oritur; re-
missis autem et aëre tantum expanso susur-
rus percipitur, incassum et praepostere
specifica afferuntur remedia. Nisi enim
vel ebulliens sanguis temperatur; vel cir-
culus per hypochondria liberior redditur,
omnia nihil efficiunt. Non tamen pericu-
li magnitudo timenda; quod vulgo quidem
tinnitus et susurrus aurium prodromus exi-
stimatur apoplecticorum adfectuum, a qui-
bus cholerici tamen per longissimum tem-
pus immunes manent; quum contra magis
periculosa sit haec mala aurium adfectio in
aliis temperamentis.

§. 193.

Sapor in cholericis facili negotio mu-
tatur, et eius vel dulcis, vel amarus sensus
fit; si dulcis, venit a sanguine salino-oleo-
so, et a congestionibus versus pulmones:
sin amarus, a salino alcalico-oleoso, et
mixtione bilis cum sanguine, adeoque ab
aliqua hepatis obstructione; si porro nido-
rosus est et putridus, vel purulenta quae-
dam et ad putredinem procliuis materia se-
ro iam est admista, vel aliae serosae impu-
ritates imminent. Hic igitur sapor, quum

a saliua, haec autem a sero pendeat, non nisi correcto penitus sero, corrigi potest.

§. 194.

Facultatem sentiendi, quae corpori cholerico inest, nihil facile superat; cuius nerui semper tensi et spiritibus repleti, eoque apti sunt ad omnia confestim percipienda, quibus tanguntur. Sed huiusmodi corpus si forte praeter naturam, praeterque solitum sensile sit, ostenditur hac nimia sensilitate stasi quadam interna neruos violentius tendi, vel compressos esse quosdam eum ad modum, vt spiritus copiosius in reliquos influant. Itaque, cum circulus humorum inaequalis redditur, et morbus imminet, semper insignis adest sensilitas, et quia mens perpetuo vehementer ab hac sensilitate irritatur, morosi fiunt cholerici, inquieti et ad iram summe procliues. At cum quaedam pars redditur stupida et nil sentiens, tunc obstructione quorundam neruorum in cerebro, vel compressione illorum in quadam parte laborat corpus.

§. 195.

Sensio tactus, si processerit eo, vt ingratam menti ideam imprimat, dolor dicitur.

citur. Et quoniam cholericorum nerui ad hunc ſenſum ſint aptiſſimi, facile perſpicitur, eos quoque doloribus facile ſuccumbere acerbiſſimis. Vt enim ſubtiles ſunt nerui et ſpiritibus repleti, ita etiam impetuoſus humorum motus violenter vaſa minima expandit, atque dilatat; ſimulque neruos, vaſis vicinos, arcte comprimit. Nervi, dum cedere nequeunt, non tenduntur tantum, ſed et comprimuntur, ſpiritusque ab extremis verſus cerebrum reprimuntur. Et quo minus hi nerui cedere poſſunt, eo validius comprimuntur. Hinc atrociſſimi dolores tunc maxime cholericos excruciant, cum ſanguis vi arteriarum firma ita in perioſtei vaſa coarctatur, vt per fines pari atque aduehitur celeritate, redire per renes nequeat: oſſa enim tunc reſiſtunt et compreſſio neruorum tam diu durat, dolore ſingulis momentis exacerbato, donec ceſſet adfluxus et vaſorum fines dilatati ſanguinem venis committant. Proinde duo praecipue ſunt dolorum genera cholericis non inſolita: dolor nimirum capitis, atque extremitatum.

§. 196.

Capitis dolor iuuenibus vulgo nimis crebro incommodo eſt, oriturque a preſſione

 nimia

nimia ſanguinis leuiſſimi verſus ſuperiora. Quae preſſio augetur, cum per coeliacae arteriae ramos ſanguis tranſitum habet non ad regulam exactum. Hic vero dolor acutiſſimus dici debet, pro natura neruorum tantopere ſenſili, vt et pro impetu atque actione ſanguinis in vaſa, cranii tandem reſiſtendi facultate. Stipatur etiam interdum caloris intenſione, celeri pulſu, aliisque ſymptomatibus, quae cum febre videntur habere coniunctionem. Leniendo hos cruciatus expedit narium haemorrhagia, ſi quando per abundantiam et preſſionem ſubtilis ſanguinis orti ſint; ſed vbi ab hypochondriis trahunt originem, recte adhibetur vomitus. Quae ambo vbi defecerint remedia, ad diaphoreſin, aluumque laxam aegroto eſt confugiendum.

§. 197.

Extremitatum dolor, cuius mentio facta eſt, adultos et grandaeuos vexat: ſcilicet ſanguis huiusmodi corporis conſiſtit non ex ſalibus et ſulphure tantum, vt adeo ſpirituoſus ſit, ſed continet quoque propter ampla lactea terrenas partes, quae per ſpiritum ſanguinis lenes et ſubtiles fiunt. Si itaque contingat, vt in ſanguine maior

copia

copia partium terrenarum accumuletur, quam quae per ſpiritum ſanguinis ſubtilis et ſoluta ſeruari poſſit; aut, ſi a partibus terrenis iam in ſanguine haerentibus, leuiſſimus ſpiritus, ſulphurque abſcedit, et auolat, praecipitantur quaſi, cohaerent inuicem, conſpiſſanturque per agglomerationem; quibus efficitur, vt illis tranſitus per minima vaſa fiat difficilior; tum vero vires cordis et arteriarum cholericorum vehementes, per lata et mollia interna vaſa expanſioni cedentia, has quamuis difficulter mobiles partes protrudunt. Sed, cum in extremitatibus, propter diſtantiam a corde, vires ſint comparate infirmiores, et circa articulos fineſque arteriarum vaſa magis anguſta et duriora, impetus cordis et arteriarum vix ſufficit, ad promouendas has terrenas partes in venas. At vbi difficilior eſt tranſitus in venas, impetu per arterias eodem manente, ſanguis agit in vaſa, quae dilatantur paullatim, quantum propter duritiem cedere poſſunt, nerui comprimuntur, ac diſtenduntur vaſis vicini, vt exoriatur dolor, quem arthriticum vocamus. Ex actione ſanguinis in vaſa, et horum reciproca actione ſubiguntur, conteruntur, ſoluuntur terrenae partes ſtagnantes, calor oritur, et quaſi inflammatio cum

febre,

febre, pro ratione copiae materiae ſtagnantis, modo magis, modo minus vehementi. Interim, continuata actione in vaſa, dilatantur ea; tumet pars aduecta; congeſtae terrenae partes per amplificatos fines redeunt in venas, et per excretoria euacuantur; quo ipſo paroxyſmus finitus eſt. Sed is denuo redit, cum nouae terrenae cohaerentes partes, ſpiritu ab illis ſeparato, rurſus in ſanguine colliguntur, ad extremitates delatae. Vbi vero ſtagnantes hae terrenae partes non perfecte a naturae viribus ſubiguntur, ſed permanent in ſtagnatione, magis inuicem magisque cohaerent, et conglomerantur: ex quo tartarus gignitur, tophos et nodos formans, atque is morbus perpetuus eſt, vt et grauitas et impeditus motus articulorum: caeterum dolor augetur, cum nouae ex ſanguine terrenae partes denuo collectae ad extrema congeruntur. Quae terrenarum partium praecipitatio ad pedes potiſſimum contingit, quia terrenus ſanguis ob ſuam grauitatem inferiora petit.

§. 198.

Hic dolor noſtro generi quaſi proprius eſt, rariusque in reliquis hominum generibus occurrit. Parit autem illis etiam dolores

lores atrociſſimos propter ſpirituum abundantiam, neruos maxime ſenſiles et ebullientem ſanguinem, quae dolorum grauitas longe inferior eſt apud alios; leuiora etiam ſunt aliorum ſymptomata, quum non aeque ſimul ſenſiles ſint, poſſintque ſtaſes patienter tolerare. Eſt etiam morbus, qui non facile poteſt funditus tolli, quum nihil ſit difficilius, quam cohaerentes et praecipitatas in ſanguine terrenas partes ſoluere atque exterminare velle. E contrario aegroti tunc ſummum incurrunt periculum, cum illae terrenae partes, quae in extremitatibus coagmentatae ſtagnant, ſubito repelluntur per venas in ſanguinem, et, cum crudae ſint, ad interna vaſa deferantur. Etenim exinde ſequuntur veſicae morbi, inteſtinorum tormenta, vomitus, ſingultus, et ſic porro, pro conditione aegri, modo cum maiori, modo minori periculo coniuncta; ſed qui velint patienter malum ſuum ferre, ac, non niſi leniſſimis vtantur reſoluentibus, et diluentibus, qui largam diaphoreſin expectent, ac tranquillos ſe teneant omni ſtudio: illi, quamuis atroci morbo per interualla recurrente torqueantur, vitam tamen, caeteris paribus, diutiſſime poſſunt producere ab aliis malis immunem. Addendum denique videtur, ab omnibus

ſpiri-

ſpirituoſis, volatilibus et acribus remediis, ſimpliciter huiusmodi aegroto abſtinendum eſſe; quemadmodum etiam ab omnibus, quae poſſent inordinatos ebullientium humorum motus et arteriarum impetus augere. Externe nil, niſi calorem temperatum adhibeant, nec vnquam externa reſolventia circumſpiciant; ne cruda adhuc terra repellatur verſus interiora viſcera; optima vero medicina praeparatur illis ex minerali regno, quae nil ſit niſi puriſſimum metallicum ſulphur; namque id vnicum eſt, inſigni praeditum vi, ſine noxa cohaerentes terrenas partes ſoluendi et eiiciendi; quum omnia reliqua vel minus ſecura ſint, vel rei gerendae non ſufficientia.

§. 199.

Senſus interni, ad quos memoriam phantaſiam et iudicium referimus, quemadmodum non vegeti ſolum, ſed et quam maxime felices, viuidi, ſubtiles, acutique ſunt; ita etiam facile in noſtris hominibus laeduntur et hebetantur; idque fit, vbi ſpiritus animales peccant, vel qualitate ſua, vel illegitimo motu. Per febres non raro acutas diuturniores, vel etiam per intermittentes ſanguis ſaepe ſpiritibus ita exui-

tur

tur, et ſtaſi in cerebro exorta influxus ſpirituum adeo immutatur, vt noſtri non debilitatem tantum memoriae ſentiant, ſed et tanta nonnunquam obliuione omnium rerum capiantur, quae ne ea quidem retineri patitur, quae modo ſenſu praecepta ſunt. Sic etiam diuturnis meditationibus noctu praecipue continuatis, vigiliisque vini potu protractis, corpus fatigant, ac ſimul memoriae vires, illecebris itidem venereis nimis obſequuti, indies debiliorem experiuntur memoriam. Quod vbi factum fuerit, nolim, vt recurrant ad volatilia, quibus vulgi opinio eſt corroborari vim reminiſcendi, vt eſt: ambra, moſchus, et huius generis alia, quae ſubtili ſe produnt fragrantiſſimoque odore. Non quidem inficiamur, his volatilibus ſanguinem reddi ſubtiliorem, materialem ſuggeri ſpirituum copiam, ferrique eum copioſiorem ad cerebrum per carotides, eo conſilio, vt vberior ibi fiat ſpirituum animalium ſeparatio; at enimvero per hunc rapidum, quo humores ad cerebrum tendunt, motum, etiam nimis inflantur, diſtenduntur que molles arteriae, quae ſunt per medullarem cerebri ſubſtantiam diſperſae, et periculum eſt, ne expanſa vltra cohaeſionis vires vaſa rumpantur, ſerum ſanguisque proruat, ſecutis adfectibus ſaporoſis,

rosis, vel apoplecticis. Multo melius sibi consulunt, qui praeter alia cibis boni succi, aut somno quieto humores deperditos et spiritus defugatos restituant. Debent insuper lenibus laxantibus crudos et nimis terrestres e sero humores eliminare, et illos labores seponere, quibus perficiendis acri opus est meditatione. Nec minus venerem fugiant et lucubrationes, sobrii denique viuant. Et si contigerit, vt sanguis poscat spiritum quemdam, circumspiciant vinum rhenanum, aut liquorem anodynum, quippe qui, tametsi subtilis sit, tamen per vitriolicum acidum ita temperatur, vt ab ebullitione nihil timendum sit; praeterea fixis resoluentibus sanguini decens concilietur fluiditas, et, vbi menstruis defuerit acor et penetratio, cinnamomum cibis adiiciatur. Soporosi et apoplectici adfectus cholericis quidem sunt frequentes, sed non nisi duplici caussa oriundi: nimirum, vel ex abundante elastico et ebulliente nimis sanguine, qui rapido impetu ad carotides internas ruit, vel ex congestione sanguinis vehementi, et simul quaesita in arterias coeliacas inuectione; ex qua vehemens spasmus, et spastica humorum restrictio per carotides oritur. In primo casu venaesectio bis vel ter, si necessitas id postulat, conducit, vna

cum

cum temperantibus et acidiusculis, inter quae remedia guttulam vnam alteramue ſpiritus vini, vel aqua ſatis temperatam ipſius olei vitrioli magni aeſtimo. In poſteriori caſu, emeticum rite exhibitum mirandum ſaepe praeſtat effectum, quem maxime conſpicuum obſeruaui a vitriolo albo, quippe quod operationem ſuam ſine vlla vehementia perficit. Lypothymiae minus cholericis ſunt frequentes; quum enim hae a congeſtione per arterias vertebrales oriantur, ſanguis vero in cholericis per carotides tantum, non vero per vertebrales impetuoſe ruat, res in manifeſto eſt, eos non facile animo linqui. Deliria vero quemuis fere ſanguinis orgasmum comitantur. Iam ſaepe delirant valentes adhuc et ſani, ſicubi vel tantilla cauſſa ſanguinem excitarit, motusque eiusdem prouocarit. Quare non ſtatim periculum timendum in cholerico, vi morbi delirante, quamuis et hoc ipſum in phrenitidem, vel maniam tranſire videatur. Compeſcendi tantum ſunt humores efferati venaeſectione, temperantibus, aquoſis, acidiusculis: refraenandi ſpiritus rapidi et nimis excitati blandis anodynis, aquoſis, copioſis et ſalinis dilutis, et temperatis: abſint autem opiata

 cru-

crudiora, quae lenimentum quidem promittunt, ſed eius naturae, vt vires morbi mox maiori cum impetu redeant. Sic et ſpasmi varii generis ſingulos fere cholericorum morbos comitantur, qui quamvis adſtantibus horrendi periculoſique videantur, non tamen nimium habent momenti, et multo facilius quam in aliis hominibus medelam admittunt; hi vero ſpasmi nunquam opiatis ſedandi et reprimendi ſunt; ſed ſi febris iuncta eſt, viresque adhuc ſunt integrae, venaeſectio in auxilium vocanda, et diaphoreticis fixis acidis et aquoſis exſuſcitanda tranſpiratio: at, ſi febris deeſt, vomitoria frequenter et talia laxantia, quae pituitam reſoluendo agunt, adhibere fas eſt. Quae tantum ſaepe valent, vt non ſpasmi tantum particulares, ſed et ipſi motus epileptici his remediis eradicari poſſint. Caeterum cogitemus, originem ſpasmorum noſtris in hominibus fere ſemper congeſtionem eſſe bilioſi acrisque ſanguinis, in mollibus illis gangliis et plexibus, qui per intercoſtales neruos, vagorum ramis nexi, hinc inde in abdomine formantur.

§. 200.

Color luteus tam oculorum quam cutis ſubinde obſeruatur in cholericis, quamvis

vis alioquin ſatis recta vtantur valetudine; ſero enim illorum implicatae ſunt multae biliofae partes, quae ſanos etiam aſpectu flauos reddunt et, ſi non ſatis in hepate ſecernuntur, aut accidit, vt effluens ex hepate bilis in inteſtina per lactea copioſius redeat, ſerum tingunt, ſimulque minima illa vaſa, quae tranſparentia luteum ſeri colorem transmittunt. Attamen iſtud omne facili negotio reiicitur per excretoria, vt locus colori naturali reſtituatur. Quibus vero ita ſe habentibus foeces ſunt nimis albicantes, vel minus tinctae, illi laborant grauiori quadam hepatis obſtructione, quae ſufflaminat biliofae materiae vel ſecretionem, vel iam ſecretae in inteſtina effluxum: cui malo videtur occurrendum hepaticis et reſolventibus huc facientibus; tum quoque emetico - laxantibus et ſudorem prolicientibus. Namque illa debent bilioſas partes ſero immixtas et cutem inficientes expellere. Caeterum nullo facilius morbo ſubiacent cholerici, quam ictero, quem poteſt vel leuiſſima cauſſa illis conciliare. Sed expedita quoque offertur mali curatio, cum ſanguis ipſe acris et ſpirituum copia refertus, reſolutionem inſtituendam mirum in modum promoueat.

§. 201.

Quod denique ea attinet, quae excerni, vel retineri in corpore debent, in vniversum notetur, nullius generis euacuationes, quantumuis copiosissimas, nisi in ruptura contingant, in homine cholerico supprimi debere. Omnes enim fermentationem quandam, vel internam in ipsis humoribus actionem praesupponunt; et ostendit ipsa euacuatio, aliquid adfuisse, quod eliminari deberet. Ita compellitur, quod corpori molestum est, per validas cordis et arteriarum vires, vt data porta, quaerat egressum: donec nihil supersit, quo vasa nimis dilatentur, quae non, nisi antea ab humoribus dilatata nimis fuerint, vehementiori nisu constringuntur. Vnicum quod medici est, continetur hac opera, vt fermentationem, vel in sero, vel in ipso rubicundo sanguine factam temperet et cohibeat, nihil intermittens, vt circulum humorum vbique sibi similem praestet atque conseruet: nec minus, vt cessante excretione id, quod heterogenii restat, in vasis eliminet. Quod si vero, manente caussa, excretio vel per refrigerantia, vel constringentia, vel inspissantia cohibetur, accidit, vt pressi et fermentantes humores vel vitium contrahant,

hant, vel depositi ad alias partes, minus excretioni aptas, periculum grauius minitentur. Sic etiam si ingens et prouecta ad plures libras haemorrhagia partium, imo haemoptysis, et haemorrhoidum fluxus aliquam sanguinis copiam eiiciat: non tamen illico sistatur hic effluxus, quandoquidem minus periculi ex sanguinis amissione, quam ex retentione eiusdem intempestiua, durante adhuc fermentatione, timendum est. Multo magis calore aequali, corpus foueatur, frictiones extremis applicentur, quo circulus aequalis restituatur. Terrenis porro salinisque mediis ebulliens sanguis temperetur et grauior reddatur: acidis veris et balsamicis ipsa humorum sistatur fermentatio. Atque si vehementia symptomatum anodyna desideret, non nisi temperatissima sint, saponaceis coniuncta, ne sanguinem rubicundum nimis soluant, et diluentibus copiosis condensandi seri virtus illico adimatur. Iam si cessauerit impetuosus sanguinis effluxus, et redierint humores ad pristinum tenorem, diaphoreticis fixis et calido potu transpiratio per omne corpus aequalis tam diu seruetur, quoad spirituosum, a fermentatione sanguini immissum, per

 poros

poros euanuisse compertum sit. Finita penitus haemorrhagia, inquiratur prouide, an plethora adhuc subsit: quod si ita est, insuper venaesectio instituatur, ne eadem fermentatio redeat et humorum versus debilem partem directa agitatio.

§. 202.

Vbi autem in sero extiterit fermentatio, et per illam aucta nimis quaedam euacuatio, etiam nullo modo nec frigore, nec inspissantibus aut adstringentibus, nec etiam acidis et spirituosis cohibeatur: imo potius blande resoluentibus, sulphureis subtilioribus, salinisque diaphoreticis seri fluiditas promoueatur: aequalis eiusdem per temperatam diaphoresin circulus conseruetur et corpus teneatur quietum. Cessante vero euacuatione, vel motu in genere arteriarum, impetuue aucto, id, quod reliquum est, eliminetur; vel eo respiciatur, vt crassiores terrenae partes, quae post fermentationem remanserint, per ampla mesenterica, vel emulgentia vasa tam diu proiiciantur, donec nihil amplius restare certo pateat; sic etiam coryza diluentibus aquosis, calidis, fixisque diaphoreticis, non vero spirituosis et acribus tam diu conseruetur, donec sponte

te cesset: postremo per sudores commotos malae reliquiae expurgentur: tussis et expectoratio dulcibus ac diluentibus promoueatur. Deinde resoluentia fixa, interpositis laxantibus, et emeticis temperatissimis adhibeantur, ne quicquam restet in finibus bronchialium; sed viscidi potius humores ad loca magis excretioni apta ducantur; nausea et vomitus, vbi a biliosis et viscidis cruditatibus ortum duxerint, vomitorio temperato praesens habent remedium; quum stomachicis fiat, vt in febrem facile commutentur meseraicam. Diarrhoea optime rhabarbarinis sistitur; quum vero acrimonia quaedam et dysenterica inflammatio intestinorum sese prodiderint, his interponantur absorbentia et blanda sulphurea, nec minus oleosa. Copiosior vrinae secretio raro medelam requirit, si vero diabetes naturam induit, res est altioris indaginis, et pro chylificationis symptomate hoc et agnoscendum. Sic etiam saliuatio, ab vsu mercurii in cholerico mota, non arte supprimatur; imo nec sudore infringatur impetus mercurii; sed sibi potius relinquatur, et magis largo potu resoluente calido promoueatur. Alias vehementissima symptomata ex mercurio acrimoniae

cholericae vincto, ne attrahamus, metuendum est. Sudor itaque nimius etiam nunquam refrigerio, vel inspissantibus est cohibendus; contra vel salino terreis et acidis fermentatis, ex qua ortus est, inhibendus; diaphoreticis etiam fixis sulphur subtile humores ad efferuescendum stimulans dissipare fas est.

§. 203.

Retenti vero in corpore humores, qui euacuandi erant quouis modo, vt expellantur, curandum. Si enim euacuatio quaedam ad conseruandam pertinet sanitatem, vt, alui transpirationis et vrinae secretio; ea sane in cholerico sarta tectaque conseruanda est, ideo, quod in sensili illorum corpore quaelibet mutatio grauissima soleat excitare symptomata. Aluus facile in cholericis obstruitur, non magis propter siccitatem, quam propter facile mutabilem motum intestinorum peristalticum. Attamen tueri possunt valetudinem, tametsi quoque non singulis diebus aperiatur aluus. Namque huc faciunt ampla, quibus instructi sunt, et robusta intestina; at vbi laborant alui duritie, eaque male sunt afflicti, pro ratione caussae varia parentur remedia. Siccitas in crassis intestinis clysteres poscit,

tanqam

tanquam praesentissimum remedium, quod si vlli hominum generi conducit, sane in cholericis magnum momentum trahit. Nam strictas fibras relaxat et intestinorum parietes humectat egregie: ista porro siccitas inuadens tenuia, requirit saponacea, humectantia, lubricantia, dulcia: spasmus intestinorum vehemens tam externis paregoricis, quam internis lenibus anodynis curatur: vasa sanguifera cum nimio sanguine expansa fibras intestinorum comprimunt, et motum peristalticum cohibent, venaesectio eaque larga efficacissima putatur ad restituendam salutem: viscidum et acre serum, quod in vasis stagnat, aperientibus et laxantibus est pellendum, quibus tam diu est inhaerendum, quoad in ordinem iustum redactus sit intestinorum motus; alias cessante vi medicaminis redit obstructio; cum tandem motus sanguinis inaequalis et inordinatus spirituum motus, intestinorum contractionem iustam inuertit, etiam sudorifera aluum saepe aperiunt.

§. 204.

Vrinae fluxus in pueris et senibus cholericis nonnunquam imminuitur, et cum dolore coniunctus est, quod in iuniori-

bus rarius accidit: omne vero iſtud malum a viſcido et acri, in vaſis colli veſicae ſtagnante, ſuum ducit originem; perinde calore externo vtamur et copioſo potu calido: occurramus etiam peculiaribus remediis, ſingularem acrimoniam, quae viſcidum poſſit reſoluere, habentibus, veluti ſale ceparum, ſquilla et caetera.

§. 205.

Tranſpiratio cohibita graues ſtatim reddit cholericorum artus et compellit ad ebulliendum humores, propter ſpirituoſum vna cum aquoſo ſecernendum, quod in corpore remanſit. Hoc vbi factum eſt, aquoſo, calido potu, et lenem reſoluendi vim habenti vtamur, fixisque diaphoreticis tam diu tranſpirationem augeamus, donec id, quod reſtitiſſet, eliminatum fuerit. Hoc autem e leuitate, artubus reſtituta, cognoſcitur: malum vero ſi iam ſit inueteratum, vt quaedam quaſi fermentatio acceſſerit, haec ante omnia debet ſiſti, et crudiores per fermentationem relictae partes pro loci commoditate eiici; deinceps autem corpus ad diaphoreſin praeparetur, modo non fiat per calidiora remedia, ne violenter et coacte res procedat; atque huic viae impigre inſiſtendum, donec naturae

viribus

viribus ſponte ſuccedat ſudor criticus, qui morbo plane tollendo vere ſufficiens eſt.

§. 206.

Solennia etiam ſunt et adſueta cholericis nonnulla euacuationum genera; non quidem naturalia, tamen ad ſanitatem conſeruandam pertinentia. Peccat enim vel quantitas coacervatorum humorum, et ſanguis contrahit certo temporis ſpatio multas cruditates, neceſſario eiiciendas; alioquin ingens metuendum foret bonae valetudinis detrimentum. Quae quidem euacuanda vel per loca naturalia ſeſe exonerant, vel per praeternaturalia, vel denique per artificialia, ita nonnullorum oculi ſtillant ſemper et lacrymantur: quidam grauedine laborant, vel perpetua, vel periodica; effluxiones aurium patiuntur. Videas quoque affectos ptyalismo, per certa interualla reuertenti. Hoc edit apud alios vehemens egeſtio pectoris, interdum vomitus non laceſſitus et occurrens ſuo tempore: alios inuadit vis diarrhoeae, iam nota ipſis et conſueta: alios reperimus viſcidum quendam mucum per veſicam deiicientes: quibus cunctis extruditur aliqua materies prauo in ſanguine collecta, ſed

preſſa

pressa etiam et subacta viribus naturae, cupientis abinde liberari. Quapropter si particulae istae diuersi generis resident in sanguine, exhibita eorundem excretione; tunc deriuantur ad loca vicina, vel alia nobiliora non satis quidem excretionibus idonea, fiuntque variorum morborum caussae. Exemplo sit illa lacrymatio oculorum superius commemorata, qua cessante debilitatur facile videndi facultas: item grauedo impedita parit perpetuos capitis dolores, qui penetrant etiam oculos atque aures: siccatus aurium fluxus perdifficilem secum fert auditum vna cum tinnitu. Non aliter cessans ptyalismus efficit glandularum tumores; consuetudo expectorandi phtisin: vomitus porro retentus affert angustias praecordiorum anxias, nauseam, icterum lienis obstructionem: diarrhoea, non, vt moris erat, succedente, colicus dolor oritur; retento in vesicae vasis muco, ischuria, stranguria et dysuria: sudorem impeditum sequitur grauitas artuum, febris, et sic porro. Hic mihi attentus sit medicus in caussa inuestiganda, cur defecerint euacuationes istae? num forte per cohaesionem nimiam materiae, an, ob vires naturae debilitatas, quae non amplius

plius pares ſint euacuandae materiae? Det ſimul operam, reſoluentibus cohaeſionem imminuere materiae; augeat vires naturae et preſſionem, impetumque humorum verſus partem, vbi reſtitit illa res euacuanda, eliminet, quantum eius fieri poteſt, partes nimis crudiores, per latos meſaraicarum fines; et videbimus ſponte reuerti ſuppreſſas euacuationes. Quae ſi nolint vllo ſtudio redire, tollatur omni modo generatio cruditatum in ſanguine, atque conſtringantur lactea: quo fit, vt nonniſi tenuior chyli pars illa pertranſeat. Aliae inſuper excretiones augeantur, vt per conuenientia et apta loca tam naturalia, quam arte facta ſeparatio cruditatum vlterior a ſanguine continuari poſſit.

§. 207.

Eadem quoque via et ratione vtatur medicus, ſi vlcera antea manantia, cacoethea, vel etiam artificialia cauteria manare deſinant, vel incuria aegri conſolidata ſunt. Ea enim eſt in corpore cholerico naturae procliuitas, vt prae caeteris omnibus copioſas gignat cruditates. Sed, quamuis impuri ſint humores, tamen ob ſpirituum, putredini reſiſtentium, multitudinem pariter ac propter egregium robur vaſorum et cordis non

minus

minus quam arteriarum vim pellendi, nociuos humores ad peripheriam, corpus eiusmodi poteſt perdurare, atque caeteris paribus etiam valere: modo locus adſit, illorum humorum, qui vaſis amplius nequeunt contineri, aptus idoneusque excretioni. At ſi vel vires naturae fiunt debiliores, nec eiicere amplius poſſunt, quod praeter naturam vaſis inhaeret; vel, ſi conſolidata ſunt excernendi loca, niſi per alium locum materia eiiciatur, vel grauis irruit morbus, vel homo, putredine ſuborta, ſenſim exſtinguitur.

§. 208.

Si ſcarificationibus, venaeſectioni, veſicatoriis laxantibus, vomitoriis, aut ſudoriferiis aſſuefactus certo tempore ſit cholericus, nolit ab hoc more vel minimum diſcedere, quam diu perſtat eadem corporis conditio: quum enim plures generantur in corpore humores, quam qui pertineant ad conſeruationem ſanitatis, quamuis in ſe boni ſunt, tamen quod ſtatuto tempore eorum artificialis facta eſt eliminatio, depoſcitur eadem quoque ſtato tempore ad leuandum corpus. Quae ſi fuerit negata, vel aliorſum deriuentur humores, cum periculo ſanitatis fit, aut vitium contrahunt. Prouideat ergo cholericus, ne, nonniſi

ſumma

ſumma vrgente neceſſitate, euacuationi cuidam artiſiciali penitus aſſuefiat: cui ſi ſemel aſſuetus ſit, auctor ſim, vt ſequatur ſuam conſuetudinem, niſi interim mutata ſit omnino corporis fabrica: quaevis enim, ac vel leuiſſima mutatio ab aliis hominibus vix perſentiſcenda, in ſubtili et ſpirituoſo cholericorum corpore, propter fluidum ſanguinem et rapidum eius motum grauiſſimorum ſymptomatum poteſt cauſſa fieri.

DE VIA ET RATIONE MEDENDI REMEDIISQVE CHOLERICO SALVTARITER ADHIBENDIS.

§. 209.

Expoſitis illis, quae in morbis et ſymptomatibus cholericorum probe tenenda, et ſingulariter obſeruanda ſunt, ordinis ratio nunc ducit nos ad remedia, quibus aut leuantur, aut, malo nonnunquam euentu, magis infeſtantur: haec autem vel ex pharmaceuticis, vel ex chirurgicis fontibus hauriuntur. Inter pharmaceutica, et quidem quae proſunt euacuationi, vomitoria facile primum locum obtinent. Quum enim in ſanguine illorum acres, alcalicae et oleoſae partes vbiuis dominentur, et ſanguis ita conſtitutus

tutus ad coeliacas arterias creberrime feratur; praeterea vero in auctis, aut male constitutis acrium, alcalicarum et oleosarum sanguinis partibus fons et origo omnium fere morborum sanitatem cholericorum interturbantium posita sit, accidit, vt vnico interdum vomitorio, quod has cruditates e primis statim sedibus exturbat, vniuersus tollatur morbus; fitque hoc inprimis, vbi mature malo affertur ista medela, anteqam altiores radices egerit; itaque cholerico, conquerenti de lassitudine, ciborum fastidio, nausea, conatu vomendi et dolore in hypochondriis premendi vim exserente, non dubitet vomitorium praescribere medicus: faciat hoc etiam, vbi malum venerit, a nimio irae aestu, aut peruerso vitae regimine: faciat in iis, qui saporem nidorosum in ore percipiunt, et quorum color, tam faciei, quam oculorum flauedine quadam nitet: namque his omnibus conuincitur medicus, nimis auctas esse particulas sanguinis alcalicas, acres et oleosas, imperiumque ibi late tenere. Quod vbi satis intellexerit, praemissis digestiuis porrigat vomitorium, cuius effectum non statim videns, malo paullulum lenito, at non sublato prorsus, nauseaque prae aliis remanente, non recedat

a via,

a via, ſed huius medicamenti vſum repetat, donec, ſinceram eiici bilem, animadverſum fuerit. Abſtineat autem ab acrioribus vomitoriis, vt ſunt, quae cum pondere metallico corroſiua coniungunt ſalia, vel non ſatis tuta ratione vim ſuam produnt: talia enim cholericorum valde ſenſiles fibras neruoſas valde irritant: impetum ſanguinis quaſi tumultuarie propellunt ad ventriculum vt hypercatharſis facile, dolor, nec minus inflammatio ventriculi ſequatur, vel diutior ſaltem incertusque ſit effectus. Optimum vomitorium praeſtat ipecacuanha, cui antimonii diaphoretici dimidia pars additur; incerta tamen eſt portio cholericis danda: etenim ſi iam tenſae ſunt fibrae et vaſa bilioſo acri muco diſtenta, leuiſſimo medicamine mouentur iſti: ſi vero viſcidior eſt pituita, vix grauius vomitorium penetrat. Mediam doſin ſcrupulum vnum radicis, ſummam ſcrupulos duos eſſe, obſeruaui. Mox vbi penetraſſe medicamen cognoſcitur, ex operationis initio ſumantur mucilaginoſi potus, temperate calidi, non minimae quantitatis, corpusque ſeruetur quietum. Abſoluta demum operatione hauritur iuſculum pingue, quod fibras denuo lubricet.

§. 210.

Magna tamen opus eſt cautione, ne iſtis demus vomitorium, qui ſanguinis redundantia laborant; aut, quorum pulmones exulcerati ſunt; aut qui paſſi ſunt herniae malum. Nimis enim vehemens eſt illis eiusmodi motus, quo totum genus nervoſum adficitur; etſi etiam tales homines ſint ad vomitum procliues, tamen non niſi ſumma cum violentia, omne corpus concutit, eique male ſuccedit. Poſt vomitorium, vbi aluus non aperta eſt, lene adhibeatur laxans, quo motus ventriculi et inteſtinorum periſtalticus, per vim vomitorii paulisper immutatus, redeat ac viam deorſum ferentem repetat.

§. 211.

Nihil autem aeque leuat cholericos, quam laxans, praecipue ſi anguſtia pectoris laborent, et hypochondriaci fuerint: cum enim hoc circulum non modo per infimum ventrem reddat liberiorem, ſed vitioſos etiam humores a praecordiis ad inteſtina vocet et, augendo motum periſtalticum flatus, noſtris vulgo moleſtos, propellat, de ſalutari huius medicinae fructu dubitari nequit: prudenti tamen conſilio et iſthoc medelae genere vtantur velim. Laxantia enim ſi leniora fuerint, educunt e ſanguine aquoſos tantum

tenues

tenuesque mucilaginosos humores; graviores, acres et oleosos relinquunt intactos. Vnde hoc est, vt quamdiu medicamentum vires suas exserit aperientes, satis bene se habeant: id vero cum cessauerit, augetur denuo ex siccitate et acrimonia partium sanguinis actio in sese, et calor internus crescit, quare breui symptomata redeunt priora. Similiter vbi acriora et drasticum in modum agentia propinentur, acres quidem et oleosae ex ipso sanguine partes expelluntur: facile vero propter fluidum et impetuose commotum sanguinem, ille ipse rubicundus subit initia vasorum serosorum, vt sequatur vel hypercatharsis, vel, ex sanguinis in tunicis intestinorum stagnatione impeditoque inde motu peristaltico, pertinax alui adstrictio, cum immensa flatuum copia. Ergo, nisi sanitatis morborumque ratio aliud simpliciter exigant, aut abstineant a laxantibus, aut caute illis vtantur cholerici. Quod efficitur, si coniunxeris cum laxantibus, in ipso sanguine operationem producentibus, talia, quae acrimoniam laxantis temperent; simul autem fluidas euacuationique aptas reddant acres et oleosas partes: in quorum numero primum locum meretur antimonium diaphoreticum, vel alia metallica sulphurea, omni acrimonia priuata:

 ex

ex vegetabilibus amara et gummata: ex animalibus illa, quae terrenae et oleoſae naturae ſunt: praemittant quoque diluentia copioſa, digeſtiua, ſalina: durante operatione mucilaginoſa et aquoſa dentur; finita tandem rurſus digeſtiua, et leniter aperientia ſumantur, ne ſtaſis in ipſis finibus vaſis remaneat. Optima cholericis rhabarbarina eſſe, agaricum ipſumque ialappae puluerem, qui, quamuis multis ſuſpectus ſit, tamen poſt correctionem inter tutiſſima recenſeri meretur, experientia doctus perdidici. His ſtimuli loco pauca tantum reſinae ialappae vel ſcammonei poſſunt addi; ſalia vero, vt ſal Anglicanum, Ebshamenſe etc., quod minus plenam ſeri efficiant reſolutionem, relinquunt flatus, niſi ad expediendum viſcidum, quod in tunicis inteſtinorum relinquitur, conuenientes aquae minerales ſuperbibantur. Manna, myrobalani et ſimilia non multum praeſtant, eo quod fermentationem propter dulcedinem gignant, cum nauſea coniunctam: ſenna, niſi aliis corrigatur, cum in ipſum agat rubicundum ſanguinem cholericis debet eſſe ſuſpecta: aloe penitus illis nocet, cuius ea vis eſt, vt etiam in ipſum agat rubicundum ſanguinem, illumque ſolutum in initia ſeroſorum vaſorum trahat: helleborus tutior quidem eſt, ſed

incerti

incerti effectus: magneſia flatus relinquit, et, niſi ſingularem in modum praeparata ſit, a nitro fixo ſale multum gignit acrimoniae. Omnia vero ex minerali, regno deſumta minus tuto vſurpantur, niſi morbi ratio prae caeteris talia poſtulet; nam cholerico acrimonia, ponderi metallico iuncta vehementiſſimos et ſaepe irregulares ciet effectus. Ad minimum fructus eorum omnes valde ſunt incerti. Doſin in laxantibus certam definire non licet: nam, ſi multae et facile mobiles in vaſis inteſtinorum cruditates, minima portio magnum edit effectum; at, ſi vel nullae ſunt, vel difficulter mobiles, maior etiam portio ſaepiuſcule nihil efficit.

§. 212.

Pectori leuando apta remedia omnium maxime diliguntur a noſtris, vtpote quorum palato arridere ſoleant cuiuscunque generis dulcia: hae enim ſunt naturae ſalinae et oleoſae, modo magis, modo minus cohaerentia et propter leuem terram in mucilaginem mutata: quibus temperari poteſt acrimonia; ſicut etiam refrigerant paullulum, augent ſecretionem in ipſa arteria bronchiali, expectorandi negotium promouent rubricatis faucibus, in quibus vulgo ſiccitas regnat. Quae cum ita ſint, apparet, illorum vſum modicum non eſſe

 noxium

noxium senibus praecipue cholericis, verum illos potius ad longaeuitatem ducere. Quid? quod in viris, vbi dulcium sunt captatores, indicio est fore longaeuos: attamen in iuuentute nolim, vt huiusmodi rebus abutantur. Replent enim non tantum pulmonum vasa copiosis humoribus, qui temperati etiam vasa nil minus expandunt et augent nimium secretionem liquoris arteriam asperam humectantis. Inde oritur exscreatio perpetua, et expansione vasa sensim debilitantur, vt reliqui corporis corrupti humores omnes ad pulmones citato cursu ferantur. Praeterea tenendum est, vnaquaeuis dulcia acidum, et viscidum simul occultum, quod, quamuis cholericis, praecipue senibus habere minus ac reliquis hominibus obsit, imo saepius prosit, tamen in iunioribus ac tenerioribus seri impuritates varias excitat. Expectorantia cibis ac potulentis magis nostris temporibus adscribuntur, quam remediis, sed cum exhibenda sunt tanquam remedia, quaedam semper admixta gerant resolventia. Qua in re praecedunt fixa volatilibus et spirituoso menstruo solutis. Optimum cognoui saccharum a grauiore terra liberum et glyzyrrhizae puluerem.

§. 213.

Diuretica cholericis non ducentia aquosa

ſa ſint, ſtimulo ſalino-terreo, cum pauco ſulphure temperata, eoque roborata. At non applicanda ſunt corporibus hisce acria ſpecifica, canthárides ſcilicet, millepedes, lumbrici et ſimilia, quae ſal continent cauſticum. Etenim coniuncta cum ſalibus cholericorum, in ſe acribus, preſſaque vi valida cordis et arteriarum non ſanguinem tantum ſoluunt rubicundum, ſed illum quoque vna cum medicaminis acrimonia tanto impetu in initia feroſorum vaſorum cogunt, vt vel ipſe rubicundus ſanguis tranſeat in tubulos vrinarios BELLINI: quo facto mictus oritur cruentus, vel ſtagnatio ſanguinis, vel dolor nephriticus enormis, nec non inflammatio. Tutiſſima iudico noſtris eſſe diuretica oculos cancrorum, medicamenta fixa ex tartaro parata: baccas alkekengi et flores papaueris rhoeados cum inſigni aquae calidae copia his vſibus applicanda.

§. 214.

Diaphoreſis, blandusque ſudor vniuerſale fere eſt in cholericis remedium. Nec fere eſt quisquam horum corporum morbus, qui non ſudore, vt plurimum ſponte orto, profligetur. Imo etiam ſi aliis remediis alia eliciatur actio et euacuatio, hic tamen impedimentis morbi remotis vulgo claudit agmen. Igitur natura in cho-

 lericis

lericis ipſa hanc praemonſtrante viam, medicus id ſane ſemper ob oculos poſitum habeat. Verum etiam ſingulari hic opus eſt circumſpectione, ne regimine nimis calido et exaeſtuationem afferente, medicamentisque orgasmum humorem augentibus ſpirituoſis, videlicet ſale volatili, acri, praeditis, ſumma vi exprimatur ſudor. Sed ſi per ſudorem expulſio morbi indicatur, ſoluatur primo morbifica materia per ſalina media et digeſtiua. Deinde pro ratione qualitatis materiae, cruda illius pars magisque cohaerens vel per vomitoria, vel per laxantia extrahatur. Porro largo aquae tepidae potu, cui lenis et temperata vis radicum, lignorumue, aut etiam herbarum incidentium incocta eſt, ſalia ſanguinis tantum diluantur, et tunc ſponte in oleoſas, pituitoſas, et terreſtres agentes, reſoluent illas. Item ſi aequalis fuerit ſanguinis circulus, aequalisque circa corpus calor conſeruatur, ex propria corporis conſtitutione ſudor ſequitur, pro indole et conditione corporis et morbi modo largior, modo parcior. Hic aequali calore aquoſo potu calido tenui et corporis requie tam diu conſeruetur, donec ſponte ceſſet et corpus leuatum ſentiatur. Si vero cohaeſio materiae ſtimulum requirat diaphoreticum, non calidis

lidis remediis, non ſpirituoſis et acribus, quae ſanguinem exaeſtuant, non calore nimio externo, ſed temperatis fixis magis, quam volatilibus res agenda eſt, ſemperque decens diluentis potus copia in promtu habenda. Nam ſicubi prius mouetur ſudor, quam cocta eſt materia morbi et ad excretionem aptior facta, haec per calorem et ſpirituoſa medicamenta redditur ſubtilis volatilis et altius implicatur ſanguini: augetur motus cordis et arteriarum, ipſe ſanguis fit rarior, cogiturque materia vna cum ſanguine violenter in vaſa minima. Tum tranſeunt aquoſae tenues partes et ſeparantur a ſanguine rubicundo, ſiccitas et calor augetur, tandemque cruda materia, quae nondum per vaſa minima tranſire poteſt, remanet in minimis arteriis, in cute diſſeminatis: quas quidem expandit et exanthemata varii generis in cute producit. Hac ratione ex biliofis cruditatibus circa ventriculum congeſtis, et ex febribus intermittentibus febres acutae purpuraceae fiunt cum graui aegri periculo. Non aliter ſi cholericis calidiora intempeſtiue exhibentur remedia, ipſe denſus illorum ſanguis ſoluitur, in impetuoſum motum rapitur, vt facili, ſed mala arte, ſi paullulum tantum acriores et oleoſos

 ſubtiles

ſubtiles humores ſanus habuerit, per calida illa, febris et purpura, quae nunquam ſponte fuiſſet orta, conciliari et expelli poſſit. Quocirca merito in cholerico potiſſimum aegrotante damnandus eſt error quorundam medicorum, qui ex quauis grauitate artuum et praecordiorum anxietate ſtatim iudicant, purpuram ſubeſſe, quam regimine nimis calido et remediis nimis alexipharmacis propellere tam diu ſtudent, donec cum vitae periculo erumpat. Hoc modo a medicaminibus et non a vi morbi oritur haec purpura, quae vno vomitorio et temperatis diaphoreticis frangenda fuiſſet in initio. Optima in cholericis diaphoretica inter vegetabilia iudico, decocta aquoſa temperata et quam maxime diluta radicum chinae et ſaſſaparillae, cichorii, bardanae et ſimilium lignorum guaici, cum pauxillo ſaſſafras; vel, ſi eſſentiae dandae ſint alexipharmacae ac balſamicae, ſubtilis ſpiritus antea abſtrahatur, et aqua extractum ſoluatur. Inter animalia praeparata ex cornu cerui, caute tamen adhibita. Tandem inter mineralia antimonii calces, et extracta omni acrimonia exuta.

§. 215.

A cephalicis omnibus, quae ſubtili ſulphure pollent et volatilibus ſalibus penitus

nitus nostri abstineant. Sensus enim delectant, ac saepe memoriam roborant,* viresque corporis, si fractae fuerint, recreant: at simul augent rapidum sanguinis per internas carotides motum; idque eo magis, quo tenuiores et subtiliores fuerint. Cumque hic iam in se rapidus satis sit, facile dilatatio praeternaturalis, ruptura ipsorum cerebri vasorum, apoplexia et soporosi adfectus existere possunt; praecipue quamdiu adhuc iuuenes et viri ebullientes habent humores; nam senibus facilius concedi possunt. Optimum horum est liquor anodynus.

§. 216.

Nec ad oculos auditumue confirmandum, nisi morbi necessitate coacti, externa quaedam adplicent. Nerui enim, fibraeque cholericorum eum ad modum sunt sensiles, vt, vel a leuissima caussa mire adficiantur, quam alii quiete et innoxie ferunt. Quasdam potius patienter sustineant infirmitates, quam vt periculum maius per remedia, inprimis acria, incurrant. Praestantissima vero his sensibus roborandis sunt: aqua frigida, vel si mauis, destillata quaedam, vt serpilli, rosarum, valarianae; ad visum, anisi vel foeniculi; ad aures, quibus oculi, auresque frequenter debent elui.

§. 217.

§. 217.

Ab omnibus quoque ſternutatoriis alienos eſſe cholericos iubeo, propter ſenſilitatem neruorum nimiam. Namque proſtant exempla, noſtris ex ſolo odore pulveris ſternutatorii tantam tamque enormem excitatam eſſe ſternutationem, quae, quum abducens neruus cum vago aliisque conſpiret, totum corpus conuellerent. Nec excitatione ſpirituum illis opus eſt, in ſe nimis viuidorum. Nec adducendi ſunt ad nares humores, cum ſaepe vltro ſatis abundantes ſtillent. Si vero apophlegmatizans requiritur, ſit aqua frigida per nares attracta; vel in delicatioribus aqua maioranae.

§. 218.

Nec minus apophlegmatizantibus per os indigent, quum iam ſint ſputatores eximii. Cum vero ex alia cauſſa adfluxus augendi, et humorum a cerebro auertendorum cauſſa requiruntur, ſenibus, inprimis ex noſtro genere prae aliis expediunt cubebae. Si mercurialis ſaliuatio in cholericis eſt mouenda propter putridam humorum conditionem, integris reliquis viribus, illa multo meliori iure ipſo mercurio viuo articulis inuncto, quam mercurialibus, quibus acria iuncta ſunt ſalia, erit inſtituenda. Quamuis enim

enim his vniuerſa putridae maſſae moles ſumma cum aegri moleſtia ad fauces, tanquam ad cloacam feratur; praeſtat tamen et multo ſecurius eſt, ſeruare iſtas intactas et materiam copioſo potu aquoſo reſoluente diluere, ita, vt paullatim euacuata ſponte conſumta pereat. Tutiusque hoc eſt, quam ab acri mercurio, per ſalia ſanguinis cholerici modo magis exſtimulato, incertam materiae et per alia excretoria diuiſam intendere euacuationem, commodiorem quidem, ſed minus tutam. Credant iuſtum eſſe, immundum morbum immundam ſequi medelam.

§. 219.

Stomachicis et carminatiuis vix vnquam noſtratibus opus erit, vtpote quorum nec ventriculus cum ſuis menſtruis ſtimulo, nec inteſtina robore egeant. Ciborum ſi oboriatur faſtidium, abſtineant etiam; ſiquidem tunc menſtrua quoque deficiunt. Quodſi vero autem in auxilium vocare, et eius beneficio edendi deſiderium accendere velint, ſequerentur haec incommoda, vt nec poſſent recte concoquere cibos, nec in chylum commutare, ſed progenerarent ſibimet ipſi periculoſas cruditates. Si vero alia ex cauſſa indicantur, cholericis ſunt prae-

ſtantiſſima

ſtantiſſima amara; cinamomum, et pro carminatiuo chamomilla. Faceſſant modo longe ſpirituoſa et reliqua acria aromatica. Inter hepatica illis optima prodeſt rhabarbarum et cichorium alternatiue datum. Bilis vero ſi fuerit iners, felle bouina corroboretur. Ad vſum ſpleneticum, crudiora illa martialia, quae proſtant, obſtruentem magis et inſpiſſantem, quam aperientem vim in cholericis produnt: quae in phlegmaticis et ſanguineis temperiebus contrario modo fiunt. Lata enim cholericorum lactea, martem totum, quantus eſt, ſi modo ſolutus fuerit, transmittunt. Tunc ille propter adſtringentem vim et grauitatem ſpecificam vaſa obſtruit. Contra phlegmaticorum et ſanguineorum anguſta lactea, non niſi eſſentiam eiusdem, per menſtrua corporis humani praeparatam, ad ſanguinem transmittunt. Vt venenum denique fugiant aphrodiſiaca acria, quibus vires et vim ſanguinis perdunt, et breui penitus elumbes redduntur. Facultatem potius generandi non niſi a ſanitate et diaeta ordinata lautiorique expectent. Inter temperantia, cryſtalli tartari cum abſorbentibus in optimorum cenſum veniunt. Tamen iſtis non cuilibet ſtatim ebullitione obuiam eatur. Primum quidem, ne

ſanguis,

ſanguis, qui calidior ſemper eſſe debet, refrigeretur nimium; deinde, ne per alcalia fixa acidum ventriculi infringatur. Inter anodyna regnat papauer et minima bene correcti opii particula: quae tamen non, niſi ſumma vrgente neceſſitate, nec, niſi cum diaphoretico, aut laxante, aut ſaponaceo, cum copioſo etiam vehiculo diluente, exhibenda videtur.

§. 202.

A venaeſectione tam diu abſtineant cholerici, quam diu ſine ſanitatis, vitaeque periculo poteſt fieri. Ratio eſt in promtu: quod robuſtis inſtructi ſint vaſis, habeantque firmas naturae vires, quae poſſint copioſum quoque ſanguinem vehere, et ſuperabundantem ſua ſponte proiicere; praeterea qualibet venaeſectione pars nigra ſanguinis minuitur; ſal fixum continens habensque facultatem, partes de nouo aduectas in verum ſanguinem commutandi; is vero ſanguis non facili negotio reſtituitur, vbi ſemel defuerit, quamquam humores alii facilius multo reſarciantur. Ergo quaelibet venaeſectio ſanguinem reddit leuiorem, facilius mouendum ſoluendumque; at baſin ipſius ſanguinis certe ipſam eius naturam infirmam frangit; quo fit, vt breui rurſus rareſiat ſanguis, nouamque depoſcat venae-

nae.

naesectionem et quidem citius, quo saepius facta fuerit. Igitur hoc remedium relinquant melancholicis, qui non possunt eo carere. Ipsi vero abstinentia et labore nouiter allatos leues humores boni sanguinis natura permutent, cuiusmodi sanguis nunquam venaesectionem postulat. Vbi vero maxime iudicatur necessaria venae apertio, ibi fiat in brachiis, non in pedibus, quod exinde sanguis magis leuior et solubilior redditur. Quod postremo ad alia chirurgica praesidia attinet, parum differt illorum applicatio ab hominibus alius temperamenti, praeterquam cauteria, tunc nostris egregio vsu futura, cum serum impuritatibus laboret purulentis. Qui cantharides velit nostris exterius admouere, is acrimoniam, inde in humoribus nascituram, et renum dolorem, lacte vel aliis oleosis praecauendam sciat. In clysteribus crebra fugiatur repetitio, ne natura illis adsuescat. Neque acriora addantur salibus, quibus intestina sensilia facile possent laedi. Pediluuia et balnea, vel frigida, vel temperata, sed minime calida sunto: quippe quae ebullitionem mirum in modum augent, adeoque parum efficiunt; frigidis contra robur et transpirationem bene promouentibus.